Anno MCCLXXXIX. indictione secunda die quarto mensis januarii, Aquilegie in Patriarchali Palatio. Presentibus dominis Philippo Preposito, Stephano [illegible], magistro Leonardo de Forguaco canonicis Ecclesie Aquilegensis, Fratre Petro de ordine Humiliatorum, D. Henrico de Portis de civitate, mag. Johanne de Cysico notario, Gerardino de Merllano et aliis pluribus ad hec vocatis testibus et rogatis.

Reverendus in Christo Pater et dominus D. Raymundus s. sedis Aquilegensis Patriarcha talem declarationem fecit in scriptis sic dicens.

Nos Raymundus Dei gratia s. sedis Aquilegensis Patriarcha notum fore volumus universis tam presentibus quam futuris quod cum felicis recordationis D. Gregorius Patriarcha Aquilegensis predecessor noster sub certa pena precepisset ac inviolabiliter statuisset quod nullus hominum in provincia Carnee de Pane, Vino, Carnibus, Blado, Sale, pannis, vestitis cuiuscumque generis, seu quibusvis aliis rebus usui eorum necessariis cum alio vel inter se aliquod facere forum auderent sed predicta si eandem penam vellent vitare, in foro Tulmetii deberent vendere seu etiam comparare nos attendentes quod officiales qui pro tempore fuerunt in eadem provincia inde supra materiam malignan[?] si non nec dicta provincia multiplicis molestationibus [illegible] seu ultima deduxerunt paupertati ut eorundem hominum statui provideremus et promovere universis hominibus eiusdem provincie concessimus et damus licentiam et liberam potestatem, ut non obstante statuto predicto eorum quilibet in locis et villis ubique per eandem Provinciam Carnee vendere carnes bestias sive animalia cuiuscumque generis et omnes

alias res usui suo necessarias inter se vendere valeant et etiam compa-
rare, ita tamen salvo quod forensibus nihil predictorum vendere vale-
ant nisi in publico foro Tulmetii, sicut hec in memorialibus et aliis, pro-
ut hactenus fieri consuevit sicut de instrumento publico confecto ex-
inde per magistrum Iohannem ... dilectum Notarium nostrum si-
gillo munito plenius continetur. Verum quidam homines dicte Provincie
ex concessione hujusmodi ampliorem quam de plano libertatem recto
intelligentis habuerant potestatem et libertatem assumentes in rerum ven-
ditionibus et emptionibus predictarum presumebant amplius quam de in-
tentione concedentis res hujusmodi non ... aliis comparantes et vendentes
aliis qui eas ulterius in tertiam manum venderent propter quod inter
officiales nostros de Carnea et quosdam homines ... ... , ple-
rumque contingebat: volentes igitur materiam hujusmodi materiam am-
putare cum illius sit interpretari, cujus est condere predictam conces-
sionem nostram factam hominibus Carnee super emendis et vendendis
rebus hujusmodi juxta interpretationem, quam in concessione hujusmodi ha-
buerant et habent inter homines Provincie Carnee in suburbiis eorum et
villis ejusdem Provincie non obstante statuto panem, vinum, carnes sa-
lium salem, pannos bestias sive animalia cujuslibet generis et omnes
alias res usui suo necessarias inter se vendere valeant, sicut etiam com-
parare, ita quod nullus alicui vendere valeat aliquam rem hujusmodi
quam ab alio comparavit, cum rem emere, et emptam vendere non
sit ad usum necessarium et propterea ad mercationis ministerium com-
parare, et etiam salvo quod nullus rem aliquam ... forensibus
vendere audeat nisi in mercato Tulmetii memorato. Si quis autem
hujusmodi nostre interpretationis seu declarationis tenorem de hujusmodi
rebus facere forum presumpserit volumus quod in predictam penam per
... predictum Precessorem nostrum impositam pro hoc cadat sibi nulla-
tenus remittendam; augmento enim et statui predicti mercati nostri

Tumalis provisione debita intendentes volumus et mandamus sub pena predicta per nos nostrosque successores quod nullum per modum mercationis alicubi in dicta prouincia Carnee nisi in dicto mercato res aliquas vendere seu mercationes aliquas exercere. In quorum testimonium et stabilem firmitatem dictus D. Patriarcha presens instrumentum per me Walterium infrascriptum notarium scribi jussit et sui sigilli pendentis munimine roborari.

Ego Walterius Civitatensis Apostolica et imperiali auctoritate notarius predictis interfui et rogatus scripsi.

Da copia esistente presso il Sig.r D.r Dal Novo.

Anno 1289. 16 Gennajo Ceneda

Onori, giurisdizioni, ed utili che avevano i Signori di Porzia come avvocati del Vescovo di Ceneda, confermati ed approvati dal Vescovo suddetto.

Anno Domini MCCLXXXIX. Indictione II. die XVI. intrante Januario in presentia Dominici Odorici de Fossalta etc.

Nos Federicus, Manfredus fratres et Ludovicus eorum consanguineus de Porciglis pro se, et fratribus suis. Cum sumus investiti a Reverendo Patre, et Domino Petro Dei gratia Episcopo Cenetense et comite cum baculo, quod habebat in manibus, et eidem Patri, et Domino fecissemus fidelitatem prout jus feudi suo Domino postulat ac requiritur, prout patet in publico instrumento confecto per Philippum notarium de Ceneta plenius continetur, de nostra ratione feudi, et de tali feudo, prout nostri Antecessores habebant, sive erant visi habere ab Episcopatu Cenetensi, et Domo Beati Titiani. Et nos in mandatis receperimus a prefato Domino quod feudum quod debemus habere ab Episcopatu Cenete in scriptis reducissemus In presens sumus contenti, confessi et manifestati in feudum habere a Reverendo Patre, et Domino Petro, et ab Episcopatu Ceneta in primis quod simus Avocarii totius Episcopatus Cenetensis in jurisdictionibus temporalibus, omnia banna, et condemnationes hominum secularium tertiam partem debemus habere, et omnia banna rationabilia debent imponi per Dominum Episcopum cum consilio nostro, qui sumus Avocati Episcopatus, et cum Consilio Antianorum bona fide, et sine fraude. Item Comitatum, et jurisdictionem temporalem de Curia Franinii habemus in feudum. Item latrones et malefactores capti in Episcopatu Cenetensi tam per Dominum Episcopum quam per suum nuntium, sive per nos qui sumus Advocati debent nobis dari qui sumus Advocati in curiis Episcopatus Cenetensis, et ad sententiam nostram cum consilio Domini Episcopi debemus illos judicare, ac punire, et si pecunialiter punirentur tertiam partem debemus habere. Item livelli qui imponuntur, vel renovantur in Castris, sive Centinis, aut in Portubus ubi Dominus Episcopus habet auctoritatem, ac jurisdictionem temporalem debent imponi, ac renovari per Dominum Episcopum, et per nos, qui sumus Advocati Episcopatus, et si aliquid lucrum esset tertiam partem lucri debemus habere. Item omnes naves, que venire volunt Brugnariam libere debent venire, et solvant quarantesimum, et debeat accipi per Nuntium Domini Episcopi, et per nostrum Nuntium, qui sumus Advocati duas partes Domino Episcopo, et tertiam Advocati habere tenentur. Item homines habitantes in Septimo,

sive in Runchis, et in illis confinibus tenentur nobis, qui sumus Advocati, tenentur nobis facere quatuor pluvigia in anno annuatim. Item de omnibus bestiis interfectis, sive interficiendis in nemoribus Episcopatus Cenete unam quartam debemus habere. Item de omnibus bannis, sive pignoribus, que imponuntur, vel finiunt in nemoribus Episcopatus tertiam partem debemus habere. Item habemus in feudum locum, qui dicitur Turris Cenete cum toto Castellare a muro intus. Item Castrum Sancti Elysei, et Mota de Rameriis, et Collum Bonellum cum planitie, que est super Collum Sancti Martini, et hoc dicimus, et confitemur habere in feudum ab Episcopatus Cenete, salvo plus, vel minus quod posset reperiri pro aliquo tempore. Item rogamus Vos Patrem et Dominum ut nobis predictas rationes dignemini investire cum Vexillo secundum quod olim nostri Antecessores sunt investiti a quibusdam vestris precessoribus bone memorie, prout in nostris Instrumentis continetur

Actum in Ecclesia majori Cenete apud Baptisterium

Ego Umbiginus Sacri Palatii Notarius ad hec interfui rogatus et scripsi.

Vevei Doc 304

Anno 1289. 16 Gennajo Ceneda.

Il Vescovo di Ceneda investisce i Signori di Porzia di certo feudo nel Cenedese. Verci Doc. 306

Anno Domini MCCLXXXIX. Indictione II. die Dominico XVI. intrante Januario presentibus D. D. .. de Rajo, Andrigeto de Bagnolo, Zanpanomo Calza de Tarvisio, Meniga de Coneglano filii Domini Hermanni de la mota, Alberto della Turre de Ceneta, Jacobino Benaolado, Presbitero Girardo, qui fuit de Padua, Rinardo Clerico, Presbitero Girardo de Franinino, .. Vidone et Augistello Notario de Ceneta, et aliis. Cum Nobiles et discreti Viri D. D. Federicus, et Manfredus fratres, et Ludovicus eorum consanguineus omnes de Porciglis filii q.m Dominorum Nobilium Virorum Antici, et Gabriel de Porciglis pro se, et fratribus suis humiliter flexis genibus a Venerabili Patre Domino Petro Dei gratia Cenetensi Episcopo, et Comite postulassent quod ipsos investire deberet pro se et fratribus suis de sua ratione feudi, et de honoribus omnibus quos, et quod habent ab Episcopatu Cenete. Videlicet de tali feudo, et talibus honoribus quali, et qualibus sui Predecessores investiti fuerunt ab Episcopatu Cenete, et a predecessoribus dicti Domini Episcopi, et Comites. Tunc presens dictus Petrus Divina gratia Episcopus Cenete precibus dictorum Dominorum Federici, et Manfredi fratrum, et Ludovici eorum consanguinei pro fratribus suis inclinatus, cum confalono, quem habebat in manu investivit prefatos Dominos Federicum, et Manfredum fratres, et Ludovicum eorum consanguineum pro suis fratribus recipientibus de sua ratione feudi, et de suis honoribus, si quam rationem habent ab Episcopatu Cenete, pro qua investitura prefati Dominus Federicus, et Manfredus, et Ludovicus eorum consanguineus pro pro se, et suis fratribus corporaliter juraverunt fidelitatem ipsi Domino Episcopo, et Episcopatu Cenetensi contra omnes personas, et manutenere ipsum Dominum Episcopum, et jura Episcopatus integre: qua Dominus Episcopus in forma sacramenti ei prestiti precepit dictis Dominis quod ei suam rationem feudi hinc ad XXX dies per publicum instrumentum deberet reducere in scriptis

Actum Cenete in Ecclesia Majori Sancti Titiani

Ego Philippus de Ceneta Notarius ex Imperiali auctoritate his omnibus interfui, et rogatus scripsi.

1284 21 gennaio

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] a [illegible] al [illegible]
da Terni

Memoriale [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]
ad [illegible] anno, et omnes [illegible] [illegible] ac [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] et pertinentiarum ad Castrum, nemoribus dumtaxat exceptis [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]

1289 [illegible]

Investitura feudale di Tommaso di Cucagna.

Memoriale [illegible]

MCCLXXXIX. Indictione secunda die vero decimo intrante [illegible] [illegible]

[illegible]

parcare et illud [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cumulavit et [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] et [illegible] predictos annuos redditus [illegible]
[illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] in dicta [illegible],
et [illegible] [illegible] et quadraginta denariorum in [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Thome, Simonis [illegible]
et [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] annuos [illegible]
[illegible] in terminis [illegible] [illegible] [illegible] consueverunt persolvere omni anno [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Thomam de [illegible] huiusmodi [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] annuos redditus [illegible] proxime
[illegible] anno [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Thome Simonis [illegible] et
[illegible] solvendos [illegible] [illegible] [illegible] festo Assumpcionis [illegible] Marie [illegible]
[illegible] condempnavit [illegible] [illegible] [illegible] huiusmodi annuos redditus
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Thome Simoni [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [redacted] in Communi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Thomas [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

1289 16 marzo Aquileja

Appello del Patriarca alla S. Sede

Bianchi da Cividale Not.

MCCLXXXIX secunda indictione in Aquileia in palatio patriarchali die XVI. intrante Marcio. Presentibus fratribus Margarito et Bonfiglio de Ordine minorum et fratre D. Bonfilio Ordinis Cisterciensis capellanis supradicti D. Patriarche et aliis

Reverendus pater et D. Raymundus Dei gratia S. sedis Aquilegensis Patriarcha in scriptis appellavit hoc modo

Nos Raymundus etc. Cum vir venerabilis D. Christophorus collector Decimarum Terre sancte et Regni Sicilie deputatarum subsidio in nostro Patriarchatu a sede Apostolica constitutus, nobis suis literis nuper dederit in mandatis ut Decimam huiusmodi de redditibus et proventibus nostris et Aquilegensis Ecclesie nos contingentem de quibus non fuerit facta solutio in hac parte, infra XV. dies cum integritate ipsi solvere deberemus. Alioquin nobis ex nunc pro ex tunc interdicebat omnino ingressum Ecclesie et Pontificalia. Et quia cum propter brevitatem termini, tum pro eo quod Veneti cum potenti exercitu nos et terram nostram invadunt hostiliter prout est publice manifestum, et ad nostram et terre nostre defensionem nos intendere oporteat pecuniam ipsam illatenus persolvere non valentes: ex predicto mandato nobis per ipsum collectorem facto sentientes indebite nos et Aquilegensem ecclesiam aggravatos in his scriptis Dominum nostrum summum Pontificem et sedem Apostolicam appellamus subdidentes nos et Ecclesiam nostram protectioni et defensioni ipsorum (J. B.)

12[illegible] 23 Marzo Sac[illegible]

Secondo [illegible] camino conte di Ceneda compera il Castello di Cavolano e n'è investito dal Patriarca Raimondo

Docum. d'Aquileia [illegible]

In nomine Christi amen. Anno a nativitate eius MCCLXXXIX secunda indictione, die [illegible] sexto exeunte [illegible] Presentibus D. Manfredo Archipresbitero, [illegible] Magistro [illegible] Archidiacono Carniole, Roberto canonico de Tarvisio, Simone de [illegible] Lantierone de Conegliano, [illegible] qui dicitur [illegible] q.m Simonetti de Conegliano, Federico de Glemona, Iohannino iudice de [illegible], Ubaldo de Palatio de Mantua, [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et aliis [illegible] testibus ad hoc vocatis.

In aula [illegible] veniens ad presentiam Reverendi in Christo patris et D. Raymundi Dei gratia Sancte Aquilegensis Ecclesie Patriarche, nobilis vir D. Gerardus de Camino [illegible] capitaneus Civitatis [illegible] generalis et [illegible] supplicavit quod cum ipse emerit, seu acquisierit a D.na Iacobina uxore q.m [illegible] de Coderta tutorio nomine Adriani et [illegible] filiorum [illegible] et ipsius D. Iacobine, et a D. Bonifacino [illegible] qui dicitur Xerola, et [illegible] fratribus [illegible] q.m predicti [illegible] de Coderta castrum [illegible] cum pertinentiis [illegible] et ius ad intrandum et accipiendum tenutam et corporalem possessionem de dicto castro et curia cum suis pertinentiis per datam et venditionem [illegible] factam [illegible] D. Gerardo per [illegible] Iacobinam tutorio nomine Adriani et [illegible] filiorum suorum [illegible] nec non per dictos [illegible] Bonifacinum [illegible] qui dicitur Xerola, et Rizardum fratres filios q.m dicti D. Iacobi de predicto Cavolano et Curia, et eorum pertinentiis, prout in quodam instrumento publico scripto manu [illegible] notarii de Iohanne Allegro de Tarvisio dicitur contineri. Cum dictum Cavolanum cum curia fuerit feudum rectum et legale D. Patriarche suprascripti et Ecclesie Aquile-

gensis ipsum D. Sevardum de Cavolano et Curia ac pertinentiis investire jure feudi deberet. Qui D. Patriarcha Raymundus dictum D. Sevardum de Cavolano et ejus Curia cum suis pertinentiis iure recti et legalis feudi ipsius D. Patriarche et ecclesie Aquilegensis investivit et tunc dictus D. Sevardus dicto D. Patriarche pro feudo hujusmodi fidelitatis prestitit juramentum quod vassallus suo Domino facere tenetur et debet. C.F.c

[illegible] tum [illegible] parietes [illegible] sancte matris [illegible] tale major

[illegible] per mare ac per terram ob-

sessa et [illegible] Fidei [illegible] Ecclesie memora-

ta [illegible] panem [illegible] vel [illegible] per ma-

[illegible] et [illegible] libertate sua et Ecclesie [illegible] Reverendus

in Christo Pater et

1289: 28 Maggio Cividale.
Il Patriarca Raimondo vende a Giovanni di Zucula la villa di Rutars.

Antonio da Cividale Notajo

In Nomine Domini Amen. Anno ejusdem Millesimo Ducentesimo Octuagesimo nono, Indictione secunda, Die quarto exeunte Majo. In Civitate Austrie in Ecclesia Beati Joannis Baptiste; Presentibus Dominis Martino Brugnio, Gastaldione. Rantho quondam Domini Berbici, Odorlico filio Domini Joannis Longi de Civitate, et aliis etc.

(a) Reverendus in Christo Pater Dominus Raymundus Dicte Sancte Aquilegiensis Sedis, seu Ecclesie Patriarcha, convocato Consilio sui Capituli Aquilegiensis, nec non aliorum, tam Prelatorum liberorum Ministerialium suorum, et Communitatum; deliberatione habita diligenti ipsorum hominibus Istrie et specialiter predictis hominibus Civitatis Tergesti, tam de victualibus quam de aliis providere vellet, nec non facere aliter posset, ut dicebatur plurimis oppressus expensis occasione Guerre inimicorum dictorum nisi venderet de bonis Patriarchatus ejusdem pro pretio, et foro centum Marcharum Denariorum Aquilegiensis Monete quod totum pretium Magister Ulricus Canonicus Ecclesie Aquilegensis Procurator dicti Domini Patriarche et nomine ipsius Domini Patriarche ut de Procuratorio facto ei eum per ipsum Dominum Patriarcham, scrip

to manu Magistri Joannis de Lupico Notarii ple-
nius apparebat, contentus, et confessus fuit se ha-
buisse, et integre recepisse a Nobili Viro Domino
Joanne de Zucola: Renuntians procuratorio nomi-
ne pro ipso Domino Patriarcha exceptioni non ha-
biti, non recepti, et ipsi Domino Patriarche, seu
ei pro ipso non dati dicti pretii tempore hujus Con-
tractus, et omni Legum, et juris auxilio, tam Ca-
nonico, quam Civili. Idem Magister Valterius pro
curatorio nomine, ac vice ipsius Domini Patriarche,
et pro ipso, et successoribus suis ex tunc vendidit,
dedit, et tradidit de pleno consensu et libera volun-
tate Capituli Aquilegiensis, videlicet Dominorum
Ranulphi Decani, Mathie de Alels, Magistri
Laurentii de Caproleis, Magistri Leonardi de Fragu-
gnaco, Magistri Albrige Pagamini Camerarii, Lu-
dovici et Jacobi quondam Magistri Ottonelli de Ci-
vitate.... et Philipponi Canonicorum Ecclesie Aqui-
legiensis presentium mandantium, et volentium Domi-
no Joanni de Zucola predicto pro se, suisque heredibus,
et cui dare voluerit, ementi et recipienti jure proprio
Villam, que dicitur Rutars cum Mansis, Molendi-
nis, Domibus Curiis, Hortis, Bayarzis, Clausuris,
Centis, Canepis, Vineis, vitibus, arboribus, cam-
pis, pratis, pascuis, silvis, Communiis, Aquis, et
lavoribus aditis aquarumque decursibus, Pastoris
et terris aliis cultis, et incultis, Venationibus et

Piscatoribus, Buscationibus, Viis, Semitis, et fossatis Advocatiis, Decimis, Servitiis et Gericho, et cum omnibus, et singulis, que habent super se, vel infra, seu intra se in integrum tam in plano, quam in Monte ubique locorum ac cum liciis accessibus, ingressibus, egressibus, et regressibus eorum usque in vias pubblicas, atque cum omni jure, actione, usu, requisitione, Dominio, honore, servitute, commodo, et utilitate, tam ad ipsum Dominum Patriarcham et Aquilegensem Ecclesiam de dicta Villa, et bonis pertinentibus ad eandem quecumque sit, et quovis nomine censeantur, ac pro ipsis, quaque ad ipsam Villam, et bona, et jura ipse Ecclesie quocumque modo spectantibus et pertinentibus de jure, vel de facto. Ad habendum, dandum, donandum, legandum, et quidquid eidem Domino Joanni emptori, et ejus heredes, et cui dare voluerit deinceps placuerit perpetuo faciendum tanquam de proprio de Villa supradicta, et omnibus bonis, et juribus et actionibus quocumque modo de jure vel de facto pertinentibus ad eandem, que villa sita est cum adiacentiis suis in Foro Julii, in Contrata Castri de Prata, vel juxta. Supradicta autem bona predictus Magister Walterius procuratorio nomine pro ipso Domino Patriarcha, se et dictum Dominum Patriarcham constituit ipsius emptoris nomine possidere donec idem emptor per se vel alium eorum tenutam intraverit et possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi, et aucto=

ritate propria retinendo eidem emptori dictus Procurator Procuratorio nomine pro ipso Domino Patriarcha, et prefatis Dominis Decano, et Canonicis antedictis plenam licentiam contulerunt, et liberam potestatem, dantes ei supradictum Dominum Quontum in clericum, qui eum, vel alium loco sui poniat, et inducat in tenutam, et corporalem possessionem bonorum omnium predictorum, promittentes et mediante stipulatione solemni, tam dictus Procurator procuratorio nomine, et vice pro ipso Domino Patriarcha, et successoribus suis et Ecclesia supradicta, quod Dominus Decanus, et Canonici supradicti pro eis et successoribus eorum, et vice, et nomine Capituli Aquilegiensis cum obbligatione omnium bonorum Patriarchatus, et Ecclesie Aquileginsis eidem Domino Joanni emptori pro se, suisque heredibus, et cui jus suum in predictis dare voluerit stipulanti et recipienti et nunquam eidem Domino Joanni vel ejus heredibus, ac cui dederit de supradicta Villa, vel bonis ipsius, seu aliqua parte, vel jure eidem movere, vel facere litem, vel aliquam questionem, immo eandem villam, et omnia bona, et jura ad ipsam quocumque modo expectantia, et pertinentia quecumque sint et quovis nomine nuncupantur eidem Domino Joanni et ejus heredibus, et cui dederit ab omni homine Universitate, Collegio, Eccle-

sia, et persona legitime in ratione manutenere, varantare, defendere, auctorizare, ac in solidum disbrigare, et omnia, et singula in hoc instrumento contenta perpetuo firma, et rata habere, et tenere, et nullo tempore per se vel interpositas personas contradicere, facere, vel venire ratione aliqua, dolo, ingratitudine ingenio, sive Causa de jure, vel de facto, et infra mensem unum postquam per dictum emptorem vel heredes ejus, aut cui commisse fuerint dictus Dominus Patriarcha, et prefacti Domini Decanus et Canonici requisiti sine fraude facere huic instrumento sigilla pendentia ipsius Domini Patriarche, et Capituli Aquilegiensis imponi, omneque damnum expensas, ac interesse, quod vel quas dictus Dominus Joannes, vel ejus heredes aut cui suum jus dederit in predictis fecerint, vel substinuerint in Judicio, sive extra pro attendendis, et firmiter observandis contentis in instrumento presenti eisdem Domino Joanni et ejus heredibus, et cui jus suum dederit integraliter resarcire, sub pena dupli valoris dictorum bonorum Ville cum pertinentiis suis, ut pro tempore plus valuerit minus quinque solidis parvulorum in singulis, et pro singulis supradictis Capitulis, stipulata, atque promissa que pena soluta vel non, quae toties peti, et exegi valeat cum effectu quoties commissum fuerit in eandem, presens tum instrumentum, et omnia contenta in eo plenam, et perpetuam obtineant firmitatem. In-

super si dicta bona valerent ullo tempore, seu nunc valent plus pretio antedicto, totum plus dictus Patriarcha Procurator procuratorio nomine pro ipso Domino Patriarcha et successoribus suis de consensu, et voluntate Capituli Aquilegiensis, scilicet Dominorum Decani, et Canonicorum prescriptorum eidem Domino Joanni emptori, pro se, suisque heredibus, et cui dare voluerit recipienti pro gratiis magnis, et acceptis servitiis per ipsum emptorem eidem Domino Patriarche, et Ecclesie Aquilegiensi multipliciter, ut dicti Procurator, et Decanus, ac Canonici predicti dicebant collatis dedit, cessit tradidit, et donavit donationis nomine, que dicitur inter vivos. Quam quidem pecuniam pretii antedicti nominatus Procurator procuratorio nomine pro ipso Domino Patriarcha, et dicti Domini Decanus, et Canonici Aquilegienses vice et nomine eorum Capituli Aquilegiensis, confessi et contenti fuerunt concessam esse, sive fuisse in evidentem utilitatem, vel urgentem necessitatem Ecclesie Aquilegiensis, tam in blada quam in aliis in subsidium hominum Istrie et presertim hominum Civitatis Tergesti, et ex nunc, prout ex tunc dictus Procurator procuratorio nomine, ac vice pro ipso Domino Patriarcha et successoribus suis et dicti Dominus Decanus et Canonici Aquilegienses vice et nomine Capituli eorum ac pro se et successoribus ipsorum renunciaverunt in universis et singulis supradictis

omni Legum, et juris auxilio, tam Canonico, quam Civili omnique alii ipsorum, et dicte Aquilegiensis Ecclesie, jure, actione, exceptioni, defensione et..... et dicte Aquilegiensis Ecclesie quecumque modo contra aliquid de contentis in hoc instrumento competentibus, vel competituris laudo laudamento, sententie appellationi, judicio, consuetudini, et statuto speciali et generali facto, et facturo Decretis, Decretalibus, et universis Legibus, et juribus introductis, vel introducendis, litteris et privilegiis impetratis, vel impetrandis, cum quibus, vel eorum aliquo dictus Dominus Patriarcha vel ejus successores, aut aliquis Rector, vel Provisor Ecclesie memorate seu Capituli ejusdem Ecclesie se a predictis, vel aliquo de contentis in instrumento presenti ullo unquam tempore possent, seu valent defendere de jure vel de facto modo aliquo, vel tueri.

Et Ego Antonius de Austria Civitate Sacri Palatii Notarius omnibus predictis interfui, et rogatus scripsi. A.C.N.s.

[illegible]

1289 9. Luglio _ Udine

l'Arcidiacono di Aquileja dichiara di non celebrare il Sinodo nella Chiesa di Udine senza il permesso di quel Custode, e di quel Capitolo.

Nicolò da Udine Not.

In nomine Christi Domini. Anno Nativitatis ejusdem M.cc.LXXXIX. indictione secunda die nono intrante Julio. Presentibus D. D. Aynzio Decano s. Felicis Aquilegensis, Lazaro Archipresbitero seu Vicario venerabilis viri D. Swilonis Archidiaconi Aquilegensis. Philippo de Utino Plebano de Lucinico testibus et aliis.

D. Jacobus custos majoris Ecclesie Utinensis in presentia venerabilis viri D. Swilonis de Villalta Aquilegensis Archidiaconi constitutus proposuit dicens: Domine Archidiacone vos vocatis Clerum vestri Archidiaconatus hodie ad synodum celebrandam in majori Ecclesia Utinensi nec me, ne Capitulo requisito, ubi nihil habetis facere. Quia ego, ecclesia et Capitulum Utinense immediate spectamus ad D. Patriarcham Aquilegensem et non ad vos nec Archidiaconum Aquilegensem nec hujusmodi unquam ad Predecessorem vestrum fuere, pro nomine meo, ecclesie et capituli Utinensis, quatenus placeat vobis in hoc taliter vos habere quod non sit Ecclesie nostre e nobis possit propter vocationem hujusmodi prejudicium in posterum generari. Quibus sic propositis dictus D. Archidiaconus respondit quod bene sciebat et recognoscebat quod in majori Ecclesia Utinensi nihil facere habebat, nec in Clerum ipsius Ecclesie. sed rogabat hoc de gratia speciali, quia commodius in Ecclesia Utinensi poterat Synodus vocari propter opportunitatem loci et Terre meditullium cujus petitioni ob hoc annuit dictus custos nolens per hoc sibi et Ecclesie Utinensi et capitulo prejudicium in posterum generari

Actum Utini. in domo D. Nicolai Domini Palmi

Et ego Nicolaus de Utino Imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripsi. A. C. U. O.

[illegible]

[illegible]

[illegible] secunda [illegible]

[illegible]

(545.)

1289 12 giugno

cenno intorno al castello di Varrano

MCCLXXXIX. Die XII. iunij. D. Patriarcha confitetur quod castrum Varrani est Dominorum de Villalta et petit LXXVI. marchas et L. denarios pro custodia quam fecerat idem D. Raymundus Patriarcha, aliter quod faciet illud diruere

Com. Nicoletti A. C.c.c.

Anno 1289. 13 Ottobre

Carte diverse ed atti presentati nelle differenze tra il Doge di Venezia e il Patriarca d'Aquileja, al Vescovo di Tripoli Giudice delegato dal Sommo Pontefice per concludere la pace. Vedi Doc. 314.

Millesimo ducentesimo octuagesimo nono, decima tertia octubris Capta fuit pars quod per tractatores nostros debeat tractari, quod pacta inter nos, et dominum Patriarcham facta permaneant firma, et quod Patriarcha compleat sententias, seu diffinitiones factas per illos de Venetiis qui fuerunt eas ex forma alterius concordie, sive pacis facte. Item quod restituat ea, que ipse abstulit, seu fecit auferri Venetis, vel aliis debitoribus Venetorum infra terminum eis concessum ex forma pactorum. Item tractent quod Dominus Dux, et Veneti habeant jurisdictiones, et jura in toto, vel in parte, que et quas Patriarcha, et Ecclesia Aquilejensis dicuntur habere in Istria, pro eo quod sit conveniens. Verum si predicta non possent haberi, sint contenti tractatores nostri compromittere in dominum Nicolaum Papam quartum de questionibus, controversiis, et discordiis, que vertuntur inter dominum Ducem, et Commune Venetorum ex una parte, et dominum Patriarcham, et Ecclesiam Aquilejensem ex altera super proprietate et possessione vel quasi, jurisdictione, et aliarum jurium, terrarum Istrie, et debent cognosci simul, et semel tam de proprietate, quam de possessione. Nomina Tractatorum sunt hec, Dominus Andreas Dandulus filius domini Ducis, Dominus Hermoraus Justo, Dominus Joannes Cornarius, Dominus Nicolaus Quirinus, Dominus Rogerius Mauroceno.

Hoc est scriptum domini Patriarche Aquilejensis, quod venerabilis pater dominus Episcopus Tripolitanus dedit predictis Tractatoribus

Intendit dominus Reverendus Patriarcha Aquileje, suo, Aquileje Ecclesie, domini Alberti Comitis Gorice, Episcopi et hominum de Tergeste, et generaliter omnium fidelium subjectorum, coadjutorum, et fautorum suorum nomine compromittere in dominum Papam de omnibus litibus, questionibus, controversiis, discordiis, et guerris, que vertuntur, vel verti possunt usque ad diem presentem inter ipsos, et eorum quemlibet ex una parte, et dominum Ducem, et Commune Veneciarum, et omnes fideles, ac subjectos, coadjutores, et fautores eorum ex altera, tam super Parentina, Justinopolitana, et Emoniensi Civitatibus et Rubini, Pirani, Insule, ac Humaghi terris, et Montone, Sancti Laurentii, et Muchori Castris, et Castro et Burgo Muchile, ac jure, jurisdictione, et dominio dictarum Civitatum, terrarum, et Castrorum

quam super destructione Castri Sancti Georgii, nec non omnibus damnis, et injuriis datis hinc inde, tam super predictis omnibus, et singulis diffiniat, arbitretur, sententiet, ordinet, et declaret tam amicabiliter, quam de jure, et alte ac basse pro sue beneplacito voluntatis. Item super restitutione bonorum mobilium, que ablata fuisse dicuntur hominibus de Venetiis, seu subjectis ipsius, quam per homines de Tergesto, et super processu habito super illis per arbitros ad hoc assumptos, secundum formam pacis facte per dominum Episcopum Concordiensem, placet ipse domino Patriarche quod Reverendus Pater, et dominus B. Episcopus Tripolitanus Diffiniat secundum quod postulat ordo juris. Hoc dicit dominus Patriarcha in scriptis, prefato domino Episcopo Tripolitano, sicut ei dixit hodie oraculo vive vocis-

Hoc est scriptum, quod Tractatores predicti domini Ducis dederunt domino Episcopo Tripolitano

Intendunt Ambasciatores domini Ducis, et Communis Venetorum, quod permanentibus firmis pactis dudum initis inter dominum Raynerium Geno tunc Ducem, et Commune Venetorum ex una parte, et dominum G. tunc electum Aquileje Ecclesie ex altera, et confirmatione, et approbatione ipsorum pactorum cum quibusdam additionibus factis inter Dominum R. Patriarcham Aquileje ex una parte, et dominum L. Teupulum tunc Ducem, et Commune Venetorum ex altera, et pactis factis inter dominum Joannem Dandalum Ducem, et Commune Venetorum ex una parte, et predictum dominum R. Patriarcham, et Ecclesiam Aquilejensem ex altera, et sententiis, seu definitionibus factis per sapientes de Venetiis ex forma ipsorum pactorum, per que ipsum Dominum Patriarcham debeant compleri, et quod dictus Dominus Patriarcha restituat ea, que ipse abstulit, seu fecit auferri Venetis, vel aliis debitoribus eorum infra terminum eis concessum ex forma pactorum compromittatur per dominum Ducem, et Commune Venetorum in Sanctissimum Patrem Nicolaum Papam quartum de questionibus controversiis, et discordiis, que vertuntur inter ipsum Dominum Ducem, et Commune Venetorum ex una parte et dictum dominum Patriarcham, et Ecclesiam Aquileje ex altera super proprietate et possessione vel quasi jurisdictionis, et aliorum jurium Terrarum Istrie, ita quod simul et semel cognoscatur, et definiatur per dictum

dominum Papam tam de proprietate, quam de possessionibus dicte jurisditionis, et aliorum jurium preditorum per arbitrationem, arbitrium, per rationem, laudationem, ordinationem, et amicabilem compositionem alte et basse sicut sibi videbitur.

Hoc est aliud scriptum datum per Tractatores domini Ducis domino Episcopo Tripolitano.

Compromittatur per dominum Ducem, et Commune Venetiarum in sanctissimum Patrem dominum Nicolaum Papam quartum super restitutione mercationum, et rerum mobilium acceptarum, vel intromissarum, seu impeditarum ante pacem factam per dominum Episcopum Concordiensem, cognoscatur per dictum dominum Episcopum Tripolitanum de plano, et sine strepitu judiciorum, et si rite processum est per sapientes de Venetiis juxta tenorem pacis predicte, debeat fieri restitutio, et satisfactio secundum tenorem sententiarum datarum per sapientes predictos, alioquin predictus dominus Episcopus Tripolitanus debeat cognoscere et diffinire de plano, et sine strepitu judiciorum de sententiis supradictis, et debeat tamquam arbiter, et amicabilis compositor diffinire.

Item quod pacta dudum inita inter dominum Gregorium tunc electum Aquilegie ex una parte, et dominum Raynerium Geno tunc Ducem, et Commune Venetiarum ex altera, et confirmatio et approbatio facta cum quibusdam additionibus factis inter dictum dominum R. Patriarcham Aquileje ex una parte, et dominum L. Teupolo tunc Ducem, et Commune Venetiarum ex altera, et pacta facta inter inter dominum R. Patriarcham et Ecclesiam Aquileje ex una parte, et dominum Joannem Dandulo Ducem, et Commune Venetiarum ex altera firma permaneant, et penitus observentur.

Item quod pax et pacta facta inter dominum Ducem, et Commune Venetiarum ex una parte, et dominum Comitem Goritie ex altera penitus observentur. Item quod Commune et homines Tergesti debeant observare pacem, et pacta facta inter dominum Ducem et Commune Venetiarum ex una parte, et ipsos ex altera. De injuriis vero, offensionibus, et damnis datis et factis per eos domino Duci, et Communi et hominibus Venetiarum a tempore dicte pacis et pactorum huc usque, compromittatur in dictum dominum Episcopum Tripolitanum, et quod ipse de plano, et sine judiciorum strepitu possit cognoscere, ordinare, et diffinire prout sibi videbitur. Et super restitutione locorum Antignani, Vicinatus, Sancti Petri, et Castri et Burghi Mugle facienda, vel non facienda, compromittatur in dictum dominum Episcopum Tripolitanum, ita quod ipse de plano, et sine judiciorum strepitu possit

super predictis cognoscere, examinare, et diffinire pro sue beneplacito voluntatis. Item quod facto compromisso in dominum Papam, ut dictum est, sit pax, et fiat inter dominos suprascriptos, et eorum vassallos, subditos, coadjutores et fautores.

Dominus Episcopus Tripolitanus subsequenter dedit suprascriptis Tractatoribus domini Ducis et Communis Venetiarum quoddam aliud scriptum tenoris videlicet

Intendit dominus R. Patriarcha Aquileje suo, et Ecclesie Aquileje, domini Alberti Comitis Goricie, domini Episcopi et hominum Tergesti, et generaliter omnium fidelium subjectorum, coadjutorum, et fautorum suorum nomine, de omnibus litibus, questionibus, controversiis, discordiis, et guerris exortis tam in mari, quam in terra usque in diem presentem inter ipsos ex una parte, et dominum Ducem, et Commune Venetiarum, et omnes fideles, et subjectos, coadjutores et fautores eorum ex altera compromittatur in dominum Papam Nicolaum quartum, ita quod de his omnibus diffiniat tam amicabiliter, quam de jure, et alte, et basse pro sue beneplacito voluntatis.

Item quod super restitutione rerum ablatarum ante pacem factam per dominum Episcopum Concordiensem cognoscatur per venerabilem patrem dominum B. Episcopum Tripolitanum de plano et sine strepitu judiciorum, et si rite processum est per sapientes de Venetiis juxta tenorem pacis predicte, debeat fieri restitutio secundum tenorem sententiarum datarum per sapientes predictos, alioquin predictus dominus episcopus debeat cognoscere de plano, et sine strepitu judiciorum de sententia supradicta, et debeat tanquam Arbiter, et amicabilis Compositor diffinire, ita quod omnia loca, et Castra per Venetos post dictam pacem occupata in Istria, prius restituantur ipsi domino Patriarche, danda illis quorum sunt, et que destructa, seu diruta sunt, reparentur.

Item placet ipsi domino Patriarche omnia pacta inita inter felicis recordationis Gregorium Patriarcham Aquileje ex una parte, et dominum Raynerium Geno tunc Ducem Venetiarum cum reformatione facta super illis pactis inter dominum Laurentium Teupolum tunc ducem Venetiarum, et ipsum dominum R. Patriarcham servare cum conditionibus appositis in pactis eisdem, hoc salvo quod hinc inde satisfiat de subtractis medio tempore.

Item placet hominibus de Tergesto servare pacem factam per dictum Dominum Episcopum Concordiensem, secundum formam promissionis eis facte per dictum dominum Episcopum per instrumentum

publicum dicti domini Episcopi sigillo munitum, hoc salvo quod si qua de his, que in dicta pace continentur, sunt facta, seu exequutioni mandata, pro completis habeantur, et factis, si quid forte restat faciendum, placet eis complere.

Item placet domino Patriarche, quod facto compromisso in dominum Papam, ut dictum est, cessent omnes offense hinc inde inter predictos Dominos, vassallos, subditos, fautores, et adjutores eorum. Et quod Carcerati relaxentur hinc inde omnes, et quod omnes fautores, subjecti, et adjutores dictorum dominorum ejecti de civitatibus, seu locis suis sive qui exiverunt proprio motu, gaudere et uti debeant libere omnibus possessionibus, et aliis bonis suis intus et extra, donec hujusmodi arbitrium fuerit promulgatum.

Die Sabbati XXII Octobris

Venerabilis Pater dominus B. Episcopus Tripolitanus dedit dominis Tractatoribus domini Ducis Venetiarum quam cedulam hujus tenoris videlicet. Cum Reverendus in Christo pater dominus B Episcopus Tripolitanus pro parte Sanctissimi patris, et domini domini Nicolai Pape quarti, requisivisset venerabilem patrem dominum R. Patriarcham Aquilejensem, quod faceret domino Duci, et Communi Venetiarum treguas ad duos annos, prefatus dominus Patriarcha respondit, se ob reverentiam Apostolice sedis, et ipsius Domini Episcopi, et in favorem Terre Sancte paratum fore facere treguas hujusmodi ad dictum tempus, et amplius ad beneplacitum ipsius domini Episcopi, ita quod ipse restituatur ad possessionem civitatum, et Castrorum Istrie, quibus tempore suo spoliatus est, scilicet Iustinopolitane, Emonense Civitatum, et Montone, et Mucho, Grisignane, et Vicinatus Sancti Petri, et Antignane Castrorum, et Terrarum Rubini, Insule, Pirani, et Humaghi, et Castri et Burghi Mugle, et juris et jurisdictionis, et dominii dictarum Civitatum, et Castrorum, vel quod dicte Civitates, Terre, et Castra ponantur ex nunc in manu Apostolice sedis, et idem dominus Patriarcha paratus est probare coram domino Papa possessiones, et spoliationem predictarum civitatum, Terrarum, et Castrorum, juris jurisdictionis, et dominii predictorum, placet et domino Patriarche, quod si fieri contigerit treguas hujusmodi relaxari debeant libere carcerati hinc inde, vel saltem sub cautionibus, et ejecti de Civitatibus, et terris, seu locis suis gaudere, et uti debeant possessionibus et aliis bonis suis intus et extra.

Die predicto Parrisii in domibus Ecclesie Sancte Marie majoris, ubi hospitatur dictus dominus Episcopus Tripolitanus, presentibus domino Bernardo de Brugeriis Priore de Pilijana, et domino Ber.

nardo de Brugeriis Monacho Sannodiensi Capellani dicti domini Episcopi, domino Simeone Manno Primicerio Sancti Marci Venetiarum, Rustichino Benintendi notario Coram presentia Venerabilis Patris domini B. dei gratia Episcopi Tripolitani Apostolice Sedis Legati ad exequendum, et complendum cum domino Duce, et Communi Venetiarum sibi commissa per summum Pontificem in subsidium Terre Sancte nobiles viri domini Andreas Dandulo filius domini Ducis, Hermoraus Justo, Joannes Cornarius Procurator S. Marci, Nicolaus Querinus, et Rogerius Maurocenus Tractatores et ambaxiatores domini Ducis, et Communis Venetorum fecerunt legi quandam cedulam, cujus tenor talis est: Super questionibus controversiis et discordiis que sunt et esse possunt inter Venerabilem Patrem dominum R. Patriarcham et Ecclesiam Aquilejensem ex parte una, et dominum Ducem, et Commune Venetiarum ex altera, super jurisdictione etc. Et predicta cedula perlecta, et intellecta talem protestationem fecerunt coram ipso domino Episcopo, sic dicentes, dicimus et protestamur: Nos Andreas Dandulo filius domini Ducis, et socii ut supra tractatores etc. coram vobis etc. nomine ipsius domini Ducis et Communis prefati, spe ratihabitionis ipsorum, seu ab eis qui parati sumus exequi et complere totaliter intuitu Dei, et ne succursus Terre Sancte impediatur, quod lectum est coram vobis et continetur in cedula antedicta et modo et ordine supradicto dicimus, et protestamur spe ratihabitionis predicti domini Ducis, et Communis seu ab eis de treuga facienda usque ad duos annos, et complenda cum Venerabili patre domino R. Patriarcha Aquilejensi nunciata nobis per vos venerabilem patrem predictum dominum Episcopum Tripolitanum Apostolice Sedis legatum: Et Guarnerius de Madinio interfuit, et rogatus fuit inde conficere publicum instrumentum.

Tractatores predicti dederunt suprascripto domino Episcopo Tripolitano quamdam cedulam hujus tenoris videlicet.

Dicunt ambasciatores, seu Tractatores domini Ducis et Communis Venetorum, quod dicti dominus Dux, et Commune Venetorum sunt contenti, quod super questionibus, controversiis, et aliis super jurisdictione et juribus totius Provincie Istrie compromittatur in sanctissimum Patrem dominum nostrum Papam quartum, ita quod simul et semel cognoscatur, et diffiniatur per dictum dominum Papam tam de proprietate, quam de possessione dicte jurisdictionis, et aliorum dictorum jurium per arbitrationem, per arbitrium, per rationem, laudationem, ordinationem, et amicabilem compositionem alte, et basse, sicut ei vide-

bitur. De damnis vero dictis hinc inde vadat damnum pro damno.

Item quod super restitutione mercationum, et rerum mobilium acceptarum, vel intromissarum, seu impeditarum ante pacem factam per dominum Episcopum Concordiensem, cognoscatur per dictum dominum Episcopum Tripolitanum de plano sine strepitu judiciorum. Et si vite processum per sapientes de Veneciis juxta tenorem pacis predicte, debeat fieri restitutio, et satisfactio secundum tenorem sententiarum datarum per sapientes predictos, alioquin predictus dominus Episcopus Tripolitanus debeat cognoscere, et diffinire de plano, et sine strepitu judiciorum de sententiis supradictis, et debeat tanquam arbiter, et amicabilis compositor diffinire.

Et quod pacta dudum inita inter dominum Gregorium olim electum Aquilejensem ex una parte, et dominum Rainerium Genotum Ducem et Commune Venetorum ex altera, et confirmatio, et approbatio cum quibusdam additionibus factis inter dominum R. Patriarcham Aquilejensem ex una parte, et dominum L. Teupolum Ducem, et Commune Venetorum ex altera, et pacta facta inter dictum dominum R. Patriarcham, et Ecclesiam Aquilejensem ex una parte, et dominum Joannem Dandulum Ducem, et Commune Venetorum ex altera firma permaneant, et penitus observentur.

Item quod pax et pacta facta inter dominum Ducem, et Commune Venetorum, et dominum Comitem Goricie ex altera penitus observentur

Item quod Commune et homines Tergesti debeant observare pacem, et pacta facta inter dominum Ducem, et Commune Venetorum ex una parte, et ipsos ex altera

De injuriis vero, et offensionibus, et damnis datis, et factis per eos Domino Duci, Communi, et hominibus Venetiarum a tempore dicte pacis, et pactorum hucusque, compromittatur in dictum dominum Episcopum Tripolitanum, et quod ipse de plano et sine strepitu judiciorum possit cognoscere, ordinare, et diffinire prout sibi videbitur.

Item quod compromisso in dominum Papam, ut dictum est, sit pax et fiat inter dominos suprascriptos, et eorum vassallos, subditos, coadjutores, et fautores

Super facto treque ita dicitur, quod fiat treuga usque ad duos annos secundum quod vos domine Episcope Tripolitane dixistis.

Dominus Episcopus Tripolitanus dedit unam cedulam hujus tenoris, videlicet.

Videtur domino Episcopo Tripolitano, quod si fiat restitutio Castrorum a tempore incepte ultime guerre occupatorum possit fieri pax. Castra autem vel loca sunt ista, scilicet Mucho, Vicinalus Sancti Petri, Grisi -

gnanum, Antignanum, et Muglam, et quamvis sit petitum ex parte domini Patriarche, quod debeat fieri restitutio, reparatio sive reedificatio Castrorum illorum, sperat idem Episcopus, quod cum restitutione, sive reparatione, vel reedificatione faciet dictum dominum Patriarcam esse contentum

Tractatores domini Ducis dederunt dicto domino Episcopo Tripolitano unam aliam cedulam hujus tenoris.

Respondetur per Tractatores domini Ducis, et Communis Venetorum domino Episcopo Tripolitano, quod dominus Dux et Commune Venetorum recepit Burgum Mugle cum his pactis quod facta concordia de guerra presenti burgus Mugle debeat dimitti, et paratus est dominus Dux, et Commune Venetiarum dimittere ipsum facta diffinitione inter ipsum dominum Ducem, Commune et homines Venetorum, et Commune et homines de Tergesto, de his de quibus debet fieri compromissum in dicto domino Episcopo, dummodo indulgeat hominibus dicti Burgi et fiat remissio per dictum dominum Patriarcham de eo, quod se dederunt domino Duci, et fuerunt cum eo in presenti guerra, salvis pactis, et fidelitate, in quibus homines dicti Burgi tenentur domino Duci, et Communi Venetorum. Castrum vero Mugle reddatur domino Patriarche facto compromisso secundum formam tractatus in dominum Papam, et eo compromisso acceptato per ipsum, salvis pactis et fidelitate, quibus homines dicti Castri tenentur domino Duci, et Communi Venetiarum dummodo indulgeat hominibus dicti Castri, et fiat remissio per dominum Patriarcham de eo quod se dederunt domino Duci, et fuerunt cum eo in presenti guerra.

De Castro Mucho respondetur dicto domino Episcopo, quod hominibus de Tergesto, qui tenent dictum Castrum de Mucho reductis per pacem in Tergestum, et super bonis eorum cum ea securitate, que videbitur dicto domino Episcopo Tripolitano, ipsi debeant restituere dictum Castrum domino Episcopo, et Ecclesie Tergestine, quod si facere nollent, dominus Dux non intromittit se de eis.

De Grisignano respondetur, quod Vicardus coadjutor domini Ducis, et Venetorum tenet ipsum sicut rem suam, et quod dominus Dux intendit, quod ipse Vicardus de dicto Castro stabit sententie Curie Vassallorum dicti domini Patriarche Aquilegensis, quod si dictus Vicardus facere noluerit, dominus Dux non intromittet se de eo.

De Vicinatu Sancti Petri respondetur quod facto compromisso in

dictum Papam secundum formam Tractatus et eo acceptato per ipsum reddatur Civitas S. Petri cum tali conditione, quod aliqua fortilitia non fiant in ea, nisi prius diffinitum fuerit per dominum Papam de his, de quibus fuerit compromissum in eo.

De Antigniano respondetur, quod Antignanus est de districtu Justinopolis que dicitur Capistria, et adit in compromissum sicut Justinopolis, propter quod non videtur, quod inde debeat fieri restitutio

Item quod pro pace servanda apponatur pena mille marcharum auri, medietas cujus pene cedat dicte Ecclesie Romane, et altera medietas parti servanti pacem. In compromisso autem faciendo in dictum Papam similis pena apponatur ut ejus pene medietas cedit dicte Ecclesie Romane, et altera medietas parti servanti pacem. In compromisso autem fiendo in dominum Episcopum Tripolitanum secundum formam tractatus apponatur pena quingentarum marcharum auri, cujus medietas cedat, ut supra.

Item sicut juratum fuit in pace per dictum dominum Episcopum Concordiensem facta, ita juretur in pace modo fienda. Item quod apponatur pena, que videbitur domino Episcopo Tripolitano in omnibus et singulis capiendis tractatis, super quibus non caderent pene supra expresse.

In Dei nomine amen. A nativitate ipsius millesimo ducentesimo octuagesimo nono, die secundo mensis novembris, secunde indictionis, nobiles viri domini Hermoraus Justo, Joannes Cornarius Procurator Sancti Marci, Nicolaus Quirinus, et Rogerius Maurocenus Tractatores sindici et procuratores illustris domini Joannis Dandulo dei gratia Venetie, Dalmatie, atque Croatie Ducis, domini quarte partis ac dimidie totius imperii Romanie, et Communis Venetorum existentes coram presentia Venerabilis patris domini B. dei gratia Episcopi Tripolitani Apostolice sedis Legati ad exequendum negotium, sive subsidium Terre sancte, nomine procuratorio, sive sindicario, et ipsis domino Duce, et Commune Venetiarum dixerunt, et protestati sunt, quod parati erant, et sunt ob dei reverentiam, et ne decursus dicte Terre sancte impediatur, compromittere in sanctissimum patrem dominum Nicolaum Papam quartum secundum formam cedularum datarum et porrectarum predicto domino Episcopo Tripolitano, et receptarum per eum, quarum tenor superius est insertus. Et facere pacem, et eam firmare, in qua predicti Tractatores domini Ducis et Communis Venetiarum fuerunt quasi in concordia cum predicto domino Episcopo Tripolitano in causa, que vertitur inter predictum dominum

Ducem et Commune Venetiarum ex una parte, et dominum Patriarcham Aquilejensem ex altera, seu verti videtur.

Item ~~eodem~~ quo dictum est supra dixerunt, et protestati sunt coram eodem domino Episcopo Tripolitano nomine predicto domini Ducis, et Communis Venetorum, quod parati erant, et sunt recipere, firmare, et servare treguam cum predicto domino Patriarcha, et Ecclesia Aquilejensi per dictum dominum Episcopum Tractatoribus domini Ducis, et Communis Venetorum suppliciter requisitam, et facere omnia, que jus postulat in hac parte, et hec protestati fuerunt presente dicto domino Patriarcha.

Acta sunt hec omnia in Civitate Tarvisii in Monasterio S. Marie Majoris, presentibus domino Bernardo de Brugeriis Priore de Pillicaria Capellano dicti domini Episcopi Tripolitani, domino Simeone Mauro Primicerio Sancti Marci de Venetiis, Alberto Clerico notario ejusdem domini Episcopi Tripolitani, et Rustichino Benintendi scriba Ducalis aule Venetiarum ad hoc vocatis et rogatis

Ego Guarnerius de Madonio imperiali auctoritate notarius publicus, et Ducatus Veneti scriba predictis interfui, et ea rogatus scripsi, et publicavi.

~~Super questionibus, controversiis, et discordiis, que sunt et esse possunt inter venerabilem patrem Raimundum Patriarcham, et Ecclesiam Aquilejensem ex parte una, et dominum Ducem, et Commune Venetorum ex altera, super jurisdictione, et juribus separabilibus et inseparabilibus Civitatum Parentine, Emoniensis, et Justinopolitane, et Terrarum Rubini, Humagi, Pirani, Insule, et Castrorum S. Laurentii, et Montone, et omnibus auctoritatibus tam in mari, quam in terra, compromittatur in Sanctissimum Patrem dominum Nicolaum Papam quartum, ita quod ipse cognoscat, et diffiniat per eum tam de proprietate, quam de possessionibus dicte jurisdictionis, et aliorum dictorum jurium, predictorum per arbitrationem, sententiam, laudationem, ordinationem, et amicabilem compositionem alte, et basse sicut ei videbitur de plano sine strepitu et figura judiciorum.~~

Dominus Episcopus Tripolitanus dedit unum aliud scriptum Patriarche Aquilejensis Tractatoribus domini Ducis, cujus talis est tenor.

Super questionibus, controversiis, et discordiis, que sunt et esse possunt

inter venerabilem patrem dominum Raimundum Patriarcham, et Ecclesiam Aquilejensem ex parte una, et dominum Ducem, et Commune Venetorum ex altera, super jurisdictione, et juribus corporalibus et incorporalibus Civitatum Parentine, Emonensis, et Justinopolitane, et Terrarum Rubini, Humagi, Pirani, Insule, et Castrorum S. Laurentii, et Montone, et universis novitatibus factis tam in mari, quam in terra, compromittatur in sanctissimum Patrem dominum Nicolaum Papam quartum, ita quod simul, et semel cognoscatur, et diffiniatur per eum tam de proprietate quam de possessionibus dicte jurisdictionis et aliorum dictorum jurium predictarum novitatum per arbitrationem, per arbitrium, rationem, laudationem, ordinationem, et amicabilem compositionem alte, et basse sicut ei videbitur de plano sine strepitu et figura judiciorum.

Item super restitutione rerum mobilium acceptarum, vel intromissarum seu impeditarum ante pacem factam per dominum Episcopum Tripolitanum de plano sine strepitu judiciorum de sententiis dictis, et debeat tanquam arbiter, et amicabilis compositor diffinire, ita quod Castrum et Burgum Mugle compromisso predicto in dominum Papam, et eo acceptato per ipsum restituantur domino Patriarche, dummodo indulgeatur hominibus dicti Burgi, et Castri, et fiat remissio de eo, quod se dederunt domino Duci, et fuerunt cum eo ad guerram presentem, salvo jure dicti domini Ducis, et Communis Venetiarum, siquod habent, seu debent habere de jure.

Item Castrum Muchi hominibus de Tergesto, qui tenent dictum Castrum reductis per pacem in Tergestum, et super bonis eorum cum ea securitate, que videbitur dicto domino Episcopo Tripolitano, restituatur domino Episcopo, et Ecclesie Tergestine.

Item de Castro Visignani stabit Ricardus, qui illud tenet, sententie Curie Vassallorum dicti domini Patriarche, quod si facere noluerit dominus Dux, et Commune Venetiarum non debeat intromittere se de ipso..

Item Viminatus S. Petri facto compromisso in dominum Papam secundum formam Tractatus et eo acceptato per ipsum restituatur tali conditione, quod nulla fortilitia fiat in eo, nisi diffinitum fuerit per dominum Papam de his de quibus in eum fuerit compromissum.

Item Antignanum vadat in compromissum sicut Justinopolis.

Item quod pacta inita inter felicis recordationis dominum Gregorium Patriarcham Aquileje ex parte una, et dominum Ragnerium Geno tunc Ducem Venetiarum cum reformatione superius

facta inter dominum Laurentium Teupolum tunc ducem Venetiarum, et ipsum R. Patriarcham serventur cum conditionibus appositis in pactis eisdem, hoc salvo quod hinc inde satisfiat de subtractis medio tempore.

Item quod Commune et homines de Tergesto observare debeant pacem factam per dominum Episcopum Concordiensem secundum formam promissionis eis facte per ipsum dominum Episcopum Concordiensem per instrumentum publicum sigillo dicti domini Episcopi communitum, hoc salvo quod si que de his que in dicta pace continentur, facta sunt, seu exequutioni mandata, pro completis habeantur, et factis, et si quod forte eredum faciendum compleatur per eos, ita quod super restitutione rerum mobilium ablatarum per eos ante pacem factam per dictum dominum Episcopum Concordiensem cognoscatur per venerabilem patrem dominum Episcopum Tripolitanum.

Item quod pax et pacta facta per dictum dominum Episcopum Concordiensem inter dominum Ducem et Commune Venetorum ex parte una, et dominum Comitem Goricie ex altera, penitus observetur, dummodo alia negocia precedant.

Item quod facto compromisso in dominum Papam, ut dictum est, et eo acceptato per ipsum, cessent omnes offense hinc inde inter predictos dominos, et vassallos subditos, et fautores, et coadjutores eorum et quod carcerati omnes relaxentur hinc inde et quod omnes fautores, et adjutores eorundem dominorum ejecti de civitatibus, seu locis suis, sive qui exiverunt proprio motu, gaudere, et uti debeant libere omnibus possessionibus, et aliis bonis suis intus et extra, donec hujusmodi arbitrium fuerit promulgatum.

Hec est intentio domini Episcopi Tripolitani, quam ipse dixit et aperuit domino Duci, et Consiliariis ejus, et Capitibus de XL., et domino Hermorao Iusto in secreto, videlicet, quod diffiniatur, quod Commune et homines de Tergesto destruant, et tollant omnes muros, et fortilitias Tergesti factas, et factas ex parte maris, seu versus mare ab initio prime guerre huc usque infra octo dies post ordinationem, sententiam, seu arbitrium ferendum per dictum dominum Episcopum, purpurarias vero et fortilitias factas in mari ab initio dicte guerre huc usque destruant, et tollant infra duos menses post ordinationem, sententiam, seu arbitrium, et quod nullo tempore eas reedificabunt, nec facient ibi alia

Et quod utriusque partis forbanniti, et ejecti, seu qui motu

proprio exiverunt tam de Justinopoli quam de aliis locis, debeant redire ad possessiones suas, sicut ipse possessiones sunt, scilicet in statu, in quo sunt, ita quod per procuratores suos, vel familiam eas tenere, et habere, et eis frui postquam dicti exbanniti, et ejecti, atque motu proprio exiverunt, venerint ad dominum Ducem, et fecerint ei honorem debitum, jurando stare mandato domini Ducis, sicut domini sui. Additio, quod intelligitur de ejectis et exbannitis, et motu proprio exeuntibus, qui ante guerram habitam cum domino Patriarcha jurabant domino Duci; illi vero exbanniti, et alii predicti, qui non venirent infra unum mensem, et non jurarent stare preceptis domini, vel recedent a preceptis ipsius domini Ducis, et illi non exbanniti, qui in futurum recederent pro commissis fore factis, vel offensionibus de terris, quas tenet dominus Dux, non recipiantur, nec permittantur stare in districtu domini Patriarche. Et idem e contrario fiat per dominum Ducem per omnia de exbannitis, et ejectis a domino Patriarcha, et de non exbannitis recedentibus propter commissa fore facta, et offensiones sub pena duarum millium marcharum argenti pro utraque parte, que cedat, ut supra. Idem addatur de Tergesto.

Item petit dominus Patriarcha, quod pons factus apud Belfortem totaliter amoveatur. Additio Contentus erit dominus Patriarcha, si pons ille non protendatur aliquo tempore, ita quod attingat Terram domini Patriarche, et Comitis Goricie.

Item quod si que catena posita est per Venetos in flumine Sancti Joannis de Careto, tollatur, et quod dominus Dux, et Commune Venetorum permittant homines domini Patriarche, et domini Comitis Goricie, et subjectos et fautores eorum ire tam per flumina, quam per mare, sicut ire consueverunt ante guerram.

Item quod carcerati occasione hujus guerre, quicunque sint, et undecunque sint, sive de Justinopoli, sive aliunde, libere relaxentur hinc inde, non intelligatur de Venetis exbannitis per dominum Ducem.

Item quod si pacem fieri contingat, fiat firma pro parte pro ipsis, et pro omnibus, et singulis fidelibus habitatoribus, et subjectis, et fautoribus eorumdem quicunque, et undecunque sint secundum conditiones prescriptas, et non intelligatur de Venetis exbannitis per dominum Ducem.

1289 23 novembre Udine

Tregua fra i [illegible] di Prampergo e di Savorgnano

Memoriale [illegible]

In [illegible] [illegible] [illegible] MCCLXXXIX indictione secunda [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], Bernardo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de Villalta [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et aliis pluribus

[illegible] nobiles homines [illegible] de Prampergo et Simon de Cucanea [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] filio [illegible] [illegible] [illegible] Savorgnano [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Rodulpho [illegible] Stephani [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Leonard[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] omnibus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] et extraneis [illegible] [illegible] omni [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] Philippum [illegible] [illegible] [illegible] Stephani Aquilegens[illegible] et [illegible] [illegible] et [illegible] Leonardi [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] et damnis et injuriis realibus et personalibus a [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fecerunt treugas eidem domino Philippo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et fratribus [illegible] [illegible] Leonardo et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] omnibus [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Andree et [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] completum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et corporali juramento, [illegible] de Camino [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] capitanei generalis stipulantium et recipientium no-

[illegible] pars [illegible] Treugas usque ad [illegible] terminum bona fide [illegible] inviolabiliter [illegible] observare [illegible] quod [illegible] ab utraque parte [illegible] tum sint libere citentur et gaudeat [illegible] impedimento et contradictione partis adverse [illegible] cuiuslibet de parte ipsa [illegible] [illegible] predicti [illegible] Odoricus de [illegible], Rodul[illegible] [illegible] Stephani et Conradus [illegible] nec [illegible] usque ad dictum terminum [illegible], nec mercatum, nec villam [illegible] nec [illegible] intrare audeat aliqua ratione [illegible] alterutram partium contingeret dicere seu conqueri quod pars altera dictas Treugas infregerit [illegible] infra XV dies a violatione huiusmodi prefatis [illegible] Episcopo et [illegible] denuntiare seu significare [illegible] [illegible] Foroiulio fuerint, et qui [illegible] infra [illegible] a denunciatione predicta si in districtibus suis seu de Foroiulio fue[illegible] [illegible] debeant de violatione [illegible] [illegible] extra [illegible] et Foroiulium [illegible] contingerit alter eorum qui tunc [illegible] id possit requirere infra [illegible] terminum [illegible] nec altera partium contra alteram possit procedere ullo modo occasione violationis predicte donec per nos duos vel eorum alterum ut dictum est super violatione huiusmodi fuerit diffinitum sub pena mille marcha[rum] denariorum Aquilegensium in [illegible] capitulis ripuata et promissa, que [illegible] [illegible] possit [illegible] Spinguum [illegible] et [illegible] committitur in ipsam [illegible] quibus omnibus attendendis et [illegible] [illegible] predicti [illegible] et Simone et [illegible] [illegible] castello [illegible] Stecello de [illegible] [illegible], [illegible] de [illegible], [illegible] de [illegible] [illegible] Odoricus et Bertholdus de [illegible] [illegible] de [illegible], [illegible] de [illegible], [illegible] de Topp., Francinus [illegible] [illegible] et [illegible]

de [illegible]

1384 [illegible] Novembre Cividale

Tregua tra i Signori di Savorgnano et altri

Valterio [illegible]

Die [illegible] exeunte novembri, in Civitate Austriae sub domo Martini Zanute presentibus Reverendis [illegible] patre [illegible] Concordiensi et [illegible] [illegible] episcopis [illegible] decano Civitatensi, Johanne de Villalta, Aquilino de [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] de [illegible], [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible] de [illegible] et aliis pluribus.

[illegible] nobiles [illegible] Henricus de [illegible] Simon de Cucanea pro se et pro [illegible] filio [illegible] Conradi de Savorgnano, Rodulphus de [illegible], [illegible] de [illegible] Rodulphus [illegible] Stephani de . . . Conrado spurio fratre dicti Johannes et pro universis qui interfuerunt morti D. Leonardi de [illegible] et pro omnibus aliis eorum fautoribus coadjutoribus et amicis, [illegible] de omni guerra et discordia que inter eos ex parte una et venerabilem virum D. Philippum Prepositum S. Stephani Aquilegensis [illegible] D.D. Petrum et Constantinum de [illegible] fratres ejus et [illegible] et alios filios dicti D. Leonardi et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de morte dicti D. Leonardi [illegible] [illegible] [illegible] presentis [illegible] [illegible] damnis et injuriis realibus et personalibus [illegible] predicto [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] Phi-lippo, [Christophoro], Petro, Constantino, [illegible] et fratribus ejus et Leonardo et [illegible] ejus de [illegible] [illegible] [illegible] Henrici de [illegible] et aliis omnibus amicis, fautoribus et coadjutoribus eorum usque ad [illegible] [illegible] [illegible] et inde usque ad unum annum completum inclusive, securitatem prestantes et corporali juramento promittentes cum obligatione omnium suorum bonorum in manibus Reverendi Patris D. [illegible] [illegible] et [illegible] Episcopi et egregii viri D. [illegible] de [illegible] Civitatis [illegible] [illegible] Capitanei generalis stipulantium et recipientium nomine, [illegible] et [illegible] parte adversarie [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] bona fide sine fraude inviolabiliter observare ac facere observari. Ita quod [illegible] [illegible] de utraque parte [illegible] [illegible] [illegible] ita [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] impedimento et contradictione partis adverse et [illegible] de parte ipsa hoc

salvo quod nec pre[dictus] [illegible] Joannes [illegible] [illegible], Odoricus de [illegible] [illegible] [illegible] Stephanus et Conradus, praeter [illegible] Johannis, nec eorum aliquis usque ad dictum terminum castrum, nec mercatum nec villam [illegible] nec castrum nec villam [illegible] introire audeat aliqua ratione. Si vero alterutra partium contigerit dicere vel conqueri quod pars altera dictas treguas infregerit, [illegible] infra XV. dies a violatione huiusmodi propter [illegible] [illegible] episcopo et D. [illegible] denuntiare seu significare tenea[n]tur si ipsi in [illegible] [illegible] vel in Forojulio fuerint et ipsi domini infra mensem a denuntiatione predicta cognoscere debeant de violatione huiusmodi. Si vero alter eorum in suo districtu [illegible] Forojulii [illegible] [illegible] contingerit, alter eorum qui [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] terminum [illegible] mensis, nec altera partium contra alteram possit procedere [illegible] nomine occasione violationis predicte donec per eos duos, vel eorum alterum ut dictum est super violatione huiusmodi fuerit diffinitum sub pena mille marcharum denariorum Aquilegensium in singulis capitulis stipulata et promissa [illegible] summa [illegible] et haberi possit per dictos dominos Episcopum et [illegible] exigenda et habenda quoties committetur in ipsam [illegible] quibus omnibus attendere ac facere [illegible] pro predictis D. Henrico et Simone et eorum parte fidejussores fuerunt D. [illegible] de Castello, [illegible] et [illegible] de [illegible] [illegible] et Thomas de [illegible] Franciscus de [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] de [illegible], Johannes de Zucula [illegible] [illegible] et Bertoldus de Tricano, Wilelmus de [illegible] Conradus de [illegible] [illegible] de Joppo [illegible] et [illegible] de Sbrojavacca, Matheus et Federicus de [illegible] [illegible] [illegible] et Rodulphus de [illegible]. A. S. F. c

(548.)

1290 ...

Notizie estratte da un libro della Badia del Sesto

In monasterio Sextensi erat quedam parva ecclesia super quodam solario

Abbas sextensis portabat sigillum Abbatie ad cingulum pendens; in quo sigillo insculptus erat Abbas cum ferula in manu et littere circa

Quidam puer ejusdem fratris Hermanni electi Abbatis serviebat eidem fratri ad ipsam mensam genuflexo A. C. U. C.

1290 21 febraio Fagagna

Intimazione del Patriarca a quei di Flagogna e a quei di Forgaria perchè desistano dall' ostilità fra loro

Ricavò la Wolfdale (?) not

MCCLXXXX. tertia indicione, die octavo exeunte februario in villam Flagonee sub monte castrorum Flagonee presentibus DD. Wilhelmaro de Fa-ganea et aliis.

D. Rantulfus Decanus Aquileiensis ecclesie ac Nicolaus de Budrio ex parte Reverendi Patris et D. Raymundi Patriarche Aquileiensis Altenario, Carradojo et Odorico filio q.m D. Maynardi de Flagonea presentaverunt quasdam litteras eis directas sigillatas sigillo ipsius D. Patriarche utrique et illis in quibus con-tinebatur quod idem D. Patriarcha mandabat omnibus de Flagonea quod crederent tanquam sibi omnia que dicti DD. Rantulfus et Nicolaus dicerent eis ex parte ipsius D. Patriarche et ea efficaciter adimplerent quibus litteris coram dicti DD. Rantulfus et Nicolaus dederunt in mandatis dicto Cavadoyo (?) eis et aliis de Flagonea quod omnibus de Forgaria et ipsorum fautoribus adjutoribus et complicibus facere deberent statim per se ac eorum fautores, adjutores et complices firmas treguas usque ad diem Pentecostes proximum sub pena trecentarum marcharum denariorum novorum Aquilegensium

Predicto die in villa Pinzani, que est sub castro Pinzani, presentibus D. Bartol-meo de Villalta, Francisco de Fontebono, Federico de Cuchino (?) Constantino de Cuchino (?) Federi-co de Pinzano Valterpertoldo et Federico fratribus de Pers testibus et aliis pluribus

Predicti DD Rantulfus Decanus Aquilegensis et Nicolaus de Budrio presentaverunt Blasiolo de Forgaria ex parte dicti D. Patriarche litteras eis directas ipsius D. Patriarche sigillo sigillatas in quibus continebatur quod omnes illi de Forgaria deberent credere tanquam ipsi D. Patriarche quidquid ipsi DD. Decanus et Nicolaus eis dicerent et etiam adimplere quibus lectis ibidem dicti DD. Decanus et Nicolaus dederunt in mandatis dicto Blasiolo pro se ac aliis de Forgaria quod omnibus de Flagonea et ipsorum fautoribus, adjutoribus et complicibus facere deberent statim per se ac eorum

fautores, adjutores, et complices firmas treguas usque ad diem Penthecostes proximum sub pena trecentarum marcharum denariorum novorum Aquilegensium. Qui habito consilio respondit, quod Domini de Prata et Porcileis qui sibi coadjutores erant in hujusmodi werra ibidem presentes non erant, et non poterat super his absque ipsorum voluntate commode respondere. Unde rogabat quod cum cito sint venturi ibidem predicti de Prata et Porcileis deberent expectare responsionem quodlibet venirent. Qui d. Decanus et Nicolaus dixerunt quod responsionem hujusmodi usque in crastinum ante Tertiam, et non ulterius apud S. Danielem, simili modo prout responsionem et illi de Flagonea expectarent. Precipientes eidem Blasio quod adversus partem per se vel coadjutores suos interim usque in crastinum horam Tertiam nullatenus offendat sub pena quatuor centum marcharum denariorum Aquilegensium. C.f.c

1290 4 marzo Cavolano

Beni che [illegible] e ancora d'[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] a [illegible]
di Parma

Memorie Seconi

In actis [illegible] [illegible] [illegible] in libro F in una pellicula longa antiqua incipiente anno Domini MCCXC indictione VI die IV intrante martio. Recognitio d. Gerardi de Camino qua confitetur [illegible] in feudum rectum et legale [illegible] concessionem [illegible] [illegible] a D. Raymondo Patriarcha Aquilegensi castrum [illegible] et [illegible] castri seu [illegible] [illegible] [illegible] cum [illegible] Serravalle et castrum Regenzuti et castrum Cavolani cum omnibus villis [illegible], [illegible] possessionibus [illegible] circa et [illegible] [illegible] spectantibus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] dicta [illegible] tunc [illegible]

Actum supra Cavolanum in Parlamento [illegible] [illegible] [illegible] manu [illegible] notarii [illegible] Palatii [illegible]

(552.)

1290 10 marzo

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] la
[illegible] [illegible] Roma

memoriale [illegible]

MCCXC Inditione tertia, die decimo intrante martio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] consignavit in manibus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] medietatem [illegible] laborantibus [illegible] adjacentibus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

(553)

1290 16 marzo Fortogna [illegible]

ordine del Patriarca di denunziar la scomunica ad Rinicio, Matteo e Finossio di Ragogna

Anno Domini MCCLXXXX Indictione tertia, die XVI intrante marcio. Presentibus D. Iacobo sacerdote, Nino, Blasio filio Brunacii, Peregrino, Iacobo de Tricesimo et aliis.

D. Bocicus de Tricesimo presentavit P.P. Vicariis Iacobo et Conrado de Glemona, unam literam ex parte D. Raymundi Dei gratia Patriarche Aquilegensis tenor cujus talis erat

Raymundus Dei gratia s. sedis Aquilegensis Patriarcha dilectis filiis . . de Glemona s. Danielis et Ragonie Plebium Vicariis salutem et benedictionem in Domino

Cum Raynicius de Ragonea et filius ejus ac Mattheus et Phinossius fratres filii q.m Marquardi ejusdem loci per Provincialem Constitutionem nostram pro eo quod quemdam mansum dilecti filii Presbiteri Petri Plebani ac Plebis de Tricesimo situm in Emelicca contra ejusdem constitutionis tenorem temere occupaverit, animalia et res alias ibidem repertas inde nihilominus auferendo excommunicationis sint vinculo innodati: Devotioni vestre per presentes mandamus quatenus eos per ecclesias plebium in quibus vicarie officium obtinetis singulis diebus Dominicis et festivis in missarum solempniis, excommunicatos publice nuncietis et mandetis eos tanquam excommunicatos a cunctis evitari. Si vero in executione hujusmodi nostri mandati negligentes fueritis vel remissi, vos hiis scriptis excommunicationis vinculo innodamus.

Datum Utini tertio intrante marcio Tertia Indictione A.C.U.C.

1290 12 Aprile Roma

Il Pontefice [illegible]

[illegible]

[illegible] episcopus servus servorum Dei venerabili fratri [illegible]

salutem et Apostolicam benedictionem

[illegible] et conventus [illegible]

[illegible] pro bono [illegible]

[illegible] monasterium [illegible]

[illegible]

[illegible] et [illegible] contra [illegible]

[illegible] in concilio [illegible]

[illegible] monasterium [illegible]

[illegible] in dictorum [illegible] et conventus [illegible] monasterii [illegible]

[illegible] per Apostolica scripta [illegible]

[illegible] quaesierint [illegible] et [illegible]

[illegible] remota [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] compescas [illegible]

[illegible] excommunicationis et [illegible] sententiam [illegible]

[illegible] a nobis mandatum receperis speciale.

Datum Rome apud [illegible] Aprilis Pontificatus

nostri anno secundo [illegible]

1290 11 Maggio Cividale

Permuta fra il Patriarca Raimondo e il Capitolo di Aquileja della Pieve di Marano con quella di S. Margherita

~~[illegible] [illegible]~~ cancell. Nicolò in Cividale vol.

In Christi nomine amen Anno ejusdem nativitatis MCCLXXXX Sexta indictionis die quinto intrante majo, in Austria Civitate in coro Palatii Patriarchalis presentibus D. Antonio Decano Civitatensis Concordiensis presbitero Montanario Plebano Plebis de Alba ecclesia, magistro Jacobo Plebano novo magistro Johanne de Lupico et Engelmo de Civitate notariis D. Patriarche Aquilegensis Wolrico de Domo Gastaldione ejus fratri Varnerio et Ambrosino nepotis ejusdem D. Patriarche testibus ad hec vocatis et rogatis et aliis

Reverendus Pater D. Raymundus Dei gratia S. Sanc. Aquilegensis Patriarcha ex parte una et viri venerabiles capitulum Aquilegensis ecclesie ex altera, videlicet D. Mattheus de Mels magister Albericus Cantor, Laurentius, Leonardus de Fagnaco Lodovicus et Iacobus de Civitate, Hermannus et Iacobus de Utino Laurentius de Napolis Philippinus et Paganinus de la Turre Thesaurarius et magister Galterus de Civitate Canonici Aquilegenses ex altera vocati et citati ibidem propter hoc [residentes] et congregati omnibus de ipso Capitulo qui propter hoc fuerunt evocandi considerantes quod redditus, jurisditionis et possessiones et jura alia quecumque nomine censeantur pertinentia ad Plebem et Terram Marani dicto prefato Aquilegensi capitulo per bone memorie D. Popponem Patriarcham Aquilegensem collatam pro varia et diversa expensarum onera que ipsi Capitulo ex dicta Plebe et Terra imminent maxime occasione Saracenum, discriminum diversorum non erant tantus utiles ut debebant, quodque prefato D. Patriarche predicti redditus, proventus et possessiones jurisdictiones et jura magis redundare poterant in posteritas sui commodum et profectum, attendentesque quod redditus, proventus et possessiones, jurisditiones et alia jura quecumque nomine censeantur pertinentia ad Plebem S. Margarite de Gonagno Aquilegensis Diocesis, que ad collationem ejusmodi D. Patriarche pertinet, et in cujus possessione vel quasi erat idem D. Patriarcha utilitati ejusdem Capituli decentius adjacebant tractatu et deliberatione inse

sa

perhabitis diligentibus eque pensatis utilitatibus tam dicti D. Patriarche quam Aquilegensis Capituli antedicti, redditus, proventus, possessiones et jurisdictiones et alia jura quecumque nomine censeantur dicte Plebis et Terre Marani pro redditibus, proventibus, possessionibus, jurisdictionibus, et juribus aliis quecumque nomine censeantur Plebis S. Margarite predicte decreverant unanimiter et concorditer permutare. Et sic memoratus D. Raymundus Patriarcha per se et suos successores, suo et Aquilegensis Ecclesie nomine permutavit, cambiavit, et in cambium dedit et tradidit prefato Aquilegensi Capitulo pro se suisque successoribus recipienti eos redditus et proventus Plebis S. Margarite predicte cum mansis decimis, decimationibus, quartesiis, pratis, campis, silvis, nemoribus, terris cultis et incultis pascuis, communeis, domibus, hortis, sedimentibus viners bajarzis, piscationibus, venationibus, aquis, aqueductis, arboribus, vitibus, plantis, septibus, vivallibus et fossatis et omnibus et singulis que habent supra se intra, seu infra se cum liberis accessibus et egressibus suis usque in vias publicas cum viis ac inviis, omnique jure et actione, usu, requisitione, servitute, dominio et honore, commodo et utilitate ipsi D. Patriarche pro predictis seu aliquo predictorum aliquo modo pertinentibus de jure, vel de facto et cum omni jure, quo ipsum Capitulum dictam Terram Marani habebat, ad habendum, tenendum, possidendum et quidquid dicto Capitulo Aquilegensi et eorum successoribus deinceps placuerit faciendum. Et sic pro Terra et villa Marani et pro redditibus et proventibus, quos dictum Capitulum in dicta Terra et villa Marani habet vel habere debet seu potest seu in eorum pertinentiis et districtibus, quos quidem redditus et proventus Terram et villam Marani et quidquid habet dictum Capitulum in ipsis et eorum pertinentiis, prefatum Capitulum per se suosque successores pro dictis redditibus et proventibus Plebis S. Margarite in omnibus ejus pertinentiis supradictis permutavit, cambiavit et in concambium dedit et tradidit dicto D. Patriarche pro se suisque successoribus recipienti cum insulis, paludibus, campis, pratis, decimis, decimationibus, quartesiis, mansis, silvis, terris cultis et incultis pascuis communeis, domibus sedimentibus curiis, ortis, vineis, Bajarzis, piscationibus, venationibus, aquis, aqueductis, arboribus, vitibus, plantis, septibus, vivallibus fossatis ac omnibus et singulis que habent supra se, intra se, infra se cum liberis accessi-

bus

bus et aqueductibus suis usque in vias publicas cum viis et inviis, omnique iure, actione, usu, requisitione, dominio, servitute et honore et commodo ipsi Capitulo pro predictis seu aliquo predictorum quoquomodo pertinentibus de iure vel de facto tam in terra quam in mari et cum ripatico seu iure quod habet in Carlino et Marzana; ad habendum tenendum, possidendum et quidquid dicto D. Patriarche eiusque Successoribus deinceps placuerit faciendum. Quas quidem res taliter permutatas dicte partes contrahentes inter se altera alterius nomine se constituit possidere donec utraque dictarum rerum sibi datarum in concambium possessionem acceperit corporalem. Quam accipiendi et retinendi auctoritate propria altera pars alteri de iure ac de facto licentiam contulit ac omnimodam potestatem

Promiserunt insuper dicte partes contrahentes per se suosque successores sibi ad invicem stipulantes, scilicet dictus D. Raymundus Patriarcha cum obligatione omnium bonorum Aquilegensis Ecclesie Patriarchalium ac prefatum Capitulum cum obligatione omnium bonorum ipsius Capituli predicta omnia a se permutata ab omni homine, universitate, Ecclesia et Collegio et persona legitime defendere manutenere auctorizare ac in solidum disbrigare, numquamque de ipsis vel aliquo ipsorum iure per se vel alterum movere litem, questionem, seu controversiam illam dictamque permutationem perpetuo ratam, firmam et gratam habere atque tenere, nec contra predicta, vel eorum aliquod dicere, facere vel venire ratione aliqua, dolo, ingenio, sive causa. Omneque damnum et litis expensas quod vel quas una pars alteri pro predictis vel aliquo predictorum sustinuerit in iudicio sive extra integre reficere sub pena trium millium marcharum denariorum Aquilegensis monete in singulis Capitulis stipulata et promissa que toties peti possit et exigi quoties committetur in ipsam, eaque soluta vel non presens contractus nihilominus contineat plenum robur. Renunciant etiam utraque pars omni iuri canonico et civili privilegio statuto Laude, consuetudini litteris impetratis vel impetrandis et omni alii iuri quibus possent dicere, vel facere contra predicta vel aliquod predictorum

Predictis quoque anno et Indictione, die vero tertio exeunte Junio in civitate Austria in loggia predicti Palatii patriarchalis presentibus presbitero Clifrando

magistro Guidone vicario dicti D. Raymundi Patriarche, vicario in Civitatensi Ecclesia, magistro Thoma Clerico S. Iohannis de Padua, magistro Iohanne de Lupico notario ejusdem D. Patriarche, Domenico de Civitate notario, et aliis testibus ad hoc vocatis et rogatis et aliis.

Cum temporalia supradictarum Terre et Plebis Marani multo excederent temporalia dicte Plebis S. Margarite de Gruaro, et super faciendis additionibus per dictum D. Patriarcham ipsi Aquilegensi Capitulo compromissum fuisset tam per ipsum D. Patriarcham, quam per Capitulum Aquilegense in venerabiles viros D.D. Hermannum de Utino et Paganum de la Turre canonicos dicte Aquilegensis Ecclesie, supradictus D. Patriarcha per se suosque successores suos et Aquilegensis Ecclesie nomine in supplementum ejus quod temporalia ipsius Plebis S. Margarite de Gruaro minus valent dicto Terra Marani, temporalibus Plebis ejusdem addidit, permutavit, et in concambium dedit et tradidit venerabilibus viris D.D. Mathie de Mels Vicedecano et Capitulo Ecclesie Aquilegensis eidem propter hoc specialiter ad capitulum congregatis, pro se ac suis successoribus recipientibus jure proprio infrascriptos mansos et terras videlicet quatuor mansos jacentes in villa Percoti quorum unus regitur per Mattheum, alius per Martinum et Nicolaum, tertius per Thomasium, quartus per Blasium.

Item octo mansos jacentes in villa Trivignani quorum unus regitur per Zdignonam, alius per Simonem, tertius per Iacobum Mantal, quartus per Iacobum de Murlo, quintus per Martinum Rodarium et Marzuttum, sextus per Romanum et Rugpan, septimus per Coffrinum, octavus per Andream.

Item terras seu mansum quas seu quem tenent Cassano Fradoneo, Lucas et Fradis faber in eadem villa Trivignani. Item Bajarium in eadem villa de Trivignano quod tenet dictus Clyononus.

Item in ipsa eadem villa campum et Bajarium quem et quod tenet Romanus et Movoruica.

Item in villa Rjelli octo mansos, unus quorum regitur per Mathiucium, alter per Iohannuttum, tertius per Vlachurum, quartus per Fabon, quintus per Domenicum, sextus per Andream, septimus per Martinum, octavus per Mozum cum campis, pratis, silvis, nemoribus terris cultis et incultis, pascuis, communibus, comunibus, viis, vestibus

mi

minibus, curiis, ortis, vineis, Bajarziis, piscationibus, venationibus, aquis, aquarum ductibus, arboribus, vitibus, plantis et sepibus, rivalibus et fossatis, et omnibus et singulis que habent supra se, intra, seu infra se, cum liberis accessibus et egressibus suis usque ad vias publicas, cum viis et inviis, cum copulatis et universis, omnique jure, jurisdictione, actione, usu, seu requisitione, servitute, dominio, honore, commodo et utilitate sibi pro dictis seu ex dictis rebus aut ad dictas res modo aliquo pertinentibus de jure vel de facto, jurisdictione sanguinis et furti dumtaxat excepta, ad habendum, tenendum, possidendum et quidquid dictis Vicedecano et Capitulo et eorum Successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum pro terra et villa mansi seu pro omnibus et singulis que habent in terra et villa predictis et eas in pertinentiis et districtibus, quas siquidem terram et villam seu quecumque habent in ipsis et earum pertinentiis et districtibus dicti Vicedecanus et Capitulum pro se suisque Successores pro dictis mansis, terris, Bajarziis et campis permutaverunt, cambiaverunt et in concambium dederunt et tradiderunt jure proprii et pro temporalibus dicte Plebis & Margarete de Evuagno dicto D. Patriarche pro se suisque successoribus recipienti cum vallis, paludibus, campis, pratis, silvis, nemoribus, terris cultis et incultis, pascuis communeis, domibus, areis, sedimibus, curiis, ortis, vineis, Bajarziis, piscationibus, venationibus, aquis, aquarumve decursibus, arboribus, vitibus, plantis, sepibus, rivalibus et fossatis et omnibus et singulis que habent supra se, intra se, infra se cum liberis accessibus et egressibus suis usque in vias publicas cum viis et inviis, omnique jure, jurisdictione, actione, usu seu requisitione, servitute, dominio, honore, commodo et utilitate sibi pro dictis, seu in dictis rebus aut ad predictas res modo aliquo pertinentibus de jure vel de facto ad habendum, tenendum, possidendum et quidquid eidem D. Patriarche suisque successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum. Quas quidem res taliter permutatas dicte partes contrahentes inter se altera alterius nomine se constituerunt possidere, donec utraque dictarum rerum datarum in concambium possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi et retinendi auctoritate propria altera alteri de jure et facto licentiam contulit et omnimodam potestatem. Promiserunt insuper pro se suisque Successoribus dicte partes contrahentes sibi invicem altera alteri pro se ac suis Successoribus

stipulanti, scilicet dictus D. Patriarcha cum obligatione omnium bonorum Aquilegensis Ecclesie et prefati vicedecanus et Capitulum cum obligatione omnium bonorum ipsius Capituli numquam de dictis rebus a se permutatis seu ipsarum aliqua, nec de aliquo jure ipsarum seu alicujus earum per se vel alterum movere litem, questionem vel controversiam ullam. Sed ipsas vel earum quamlibet ab omni homine, universitate et Collegio et legitima persona defendere, manutenere, auctorizare, et in solidum disbrigare numquamque contra predicta vel eorum aliquod per se, vel per interpositam personam dicere, facere vel venire ratione aliqua, dolo, ingenio seu causa sed omne dampnum et expensas litis et extra et interesse sibi integraliter resarcire sub pena trium millium marcharum denariorum dicte Aquilegensis monete in singulis capitulis stipulata et promissa. Que totiens peti et exigi cum effectu possit quotiens commitetur in ea, et ipsa soluta vel non presens tamen contractus et omnia que continentur in ipso habeant perpetuo plenum robur

Supradicta quoque permutatio dictarum Plebium Nonant et S. Margarete de Gruaro de Spiritualibus pro Spiritualibus et temporalibus pro temporalibus facta fuit

Renunciaverunt insuper dicte partes omni suo juri tam Canonico quam civili, privilegiis laudo concessionibus ac statutis, et quibuslibet litteris impetratis et etiam impetrandis, omnique alii juri, actioni exceptioni defensioni et rei sibi competentibus et competituris cum quibus, seu eorum aliquo contra predicta, seu eorum aliquod possent dicere, facere vel venire, vel de quibus in presenti Instrumento plenam et expressam fieri oporteat mentionem h. c. u. c

1290 15 Maggio Cividale

Protesta di Rantolfo di Villalta Decano d'Aquileja.

MCCXC. indictione tertia die xv. intrante Majo. in civitate Austria, in lobia Palatii Patriarchalis. Praesentibus Dominis Antonio Decano ecclesie Concordiensis, presbitero Montenerio Plebano de Alba ecclesia, magistro Iacobo Plebano Mosse testibus et aliis. Venerabilis vir D. Rantulfus de Villalta Decanus ecclesie Aquilegensis constitutus coram Reverendo Patre D. Raymundo Dei gratia Patriarcha Aquilegensi et aliis venerabilibus Dominis Matthia de Melo, magistro Alberico Cantore, Laurentio, Leonardo de Faganea, Lodoyco, Iacobo de Utino, Iacobo de Civitate, Hermano de Utino, Leonardo de Fagedis, Paganino et Philippono de la Turre et magistro Walthero Canonicis Aquilegensibus, protestatus est in hunc modum quod super permutatione Terre Marani facienda cum dicto D. Patriarcha ipse idem nihil tractare poterat nec debeat, sed in capitulo ecclesie ~~Aquilegensis~~ hujusmodi tractari et fieri debebant; maxime cum hoc negotium non sit parvum capitulo Aquilegensi predicto. et etiam ad ista tractanda debeant vocari Domini Gerardus de Castello .... filius D. Ducis Carinthie, Iohannes de Abbate et .... Archidiaconus Aquilegensis nec non D. Feltrensis Episcopus Canonici ejusdem ecclesie Aquilegensis quorum consilio utilius tractari poterant supradicta. Unde si dicti Canonici Aquilegenses aliud similiter fecerent protestatus est, quod nullius esse debeat roboris vel momenti causis et rationibus supradictis. C. C. f. e.

1290 12 maggio Cividale

Sentenza di scomunica pronunciata dal Patriarca contro Rantolfo di Villalta Decano d'Aquileja

Nicolò da Cividale not.

M.cc.XC Tertia indictione, die XIII intrante majo, in Civitate in palatio Patriarchali. Praesentibus D. Bernardo Decano Civitatensi, Matthia de Nels, magistro Ulrico et Laurentio, Hermanno de Utino, Jacobo Lodoyci de Civitate, Philippino et Paganino de la Turre et magistro Walthero Canonicis Aquilegensibus, Nicolao de Budrio, Henrico de Portis Thomasio de S. Daniele, Brandilisio de Civitate Henrico de Villalta Bertoldo et Odorlico de Tricano, Thomasio et Symone de Cucanea et aliis.

Reverendus Pater et D. Raymundus Patriarcha Aquilegensis infrascriptam excommunicationis sententiam promulgavit in scriptis sic dicens: in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Nos Raymundus Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarcha, quamquam animus noster ad presens multis turbationibus influat, non tamen in corrigendo subditorum nostrorum errores debemus cadere negligentes quia error cui non resistitur approbatur, et veritas opprimitur cum a nemine defensatur. Hinc est quod cum Rantulphus de Villalta Decanus Aquilegensis Terram nostram Marani noviter occupaverit, eam, monitus et requisitus pluries per nos et nostros nuncios ut restitueret, nihilominus retinet occupatam. Nolentes igitur tam gravem excessum sub dissimulatione transire, ipsum Rantulphum Decanum, Jacobum de Clama et omnes in hac parte adherentes eidem auxilio, favore et consilio publice vel occulte, praeter sententiam excommunicationis quam ipso facto incurrisse noscuntur latam in nostro Provinciali Concilio contra occupatores et invasores bonorum ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum per illos qui capitula et ecclesias impediunt quominus possessionibus suis libere possint uti in his scriptis excommunicationis sententiam innodamus, et ipsos dictis excommunicationibus innodatos publice nunciamus. Insuper monemus Decanum eundem licet alias requisitus et monitus fuerit ut Terram eamdem infra octo dies proximos venturos pro duobus

edictis uno peremptorio, nobis, vel nostro nuncio satisfaciat et de defunctis illatis plenam nobis satisfactionem impendat. alioquin a perceptione beneficiorum ipsum ducimus suspendendum, ad graviora contra eum nichilominus processuri si in sua malitia presumpserit perdurare. A c u c

1298 25 maggio Udine

Intimazione fatta dal Patriarca a Rantulfo decano di Aquileja di ricevere gli ordini sacri

[illegible] Notar

M CC XC[illegible] Tertia Inditione in Utino in domo Ambrosini [illegible] die septimo exeunte majo. Presentibus DD. presbitero Lazaro vicario D. Archidiaconi Aquilegensis, Carstmano de Savorgnano, Villano de la Turre et magistro Girardo Marescalco de Utino et aliis

Albertinus Clericus de Passonio ex parte Reverendi Patris D. Raymundi Patriarche Aquilegensis presentavit nobili viro D. Rantulfo de Villalta Decano Aquilegensi quasdam litteras patentes ipsius D. Patriarche non viciatas in aliquo nec corruptas ipsius D. Patriarche sigillo cere rubee integro et illeso sigillatas quarum tenor talis est.

Raymundus Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarcha Rantulpho de Villalta Decano Ecclesie Aquilegensis spiritum consilii sanioris

Cum pluries te monuerimus et etiam tibi mandaverimus, sicut nosti, ut secundum quod tue dignitatis requirit officium te faceres premissis statutis temporibus ad sacros Ordines promoveri tu id facere non curasti, et ut eo quamvis ac liberam potius neglexisti [illegible] devotionem tuam [illegible] [illegible] te [illegible] iterum monemus te per presens mandatum [illegible] proximo die sabbati [illegible] temporum ad [illegible] S. [illegible] [illegible] venire procures Subdiaconatus Ordinem de manibus nostris vel venerabilis fratris nostri Tergestini Episcopi recepturus Alioquin contra te [illegible] [illegible] [illegible] exigente contumacia procedemus

Datum Utini octavo exeunte maio XI Indictionis A. C. etc.

1290 23 maggio — Spilimbergo

Convenzione del Patriarca con Sibello di Montereale

Dicesi in iscritto Nel

MCCXC. tertia Indictione. In castro de Spegnimberch in palatio majori die XI exeunte Madio. Presentibus Odolrico, Zucelino de Montereale, Balduino de Colobrio, Ulvinbino de Spegnimberch, Alexandro dicto Mangiatore, Bonaperto ejusdem loci et aliis

Philippinus de la Turre Potestas Sacili nuncius ad hoc specialis Reverendi Patris et D. Raymundi Patriarche Aquilegensis ex una parte, et D. Sybello de Montereali ex altera taliter inter se concordes fuerunt

Quod removeri debeat per D. Patriarcham vel suum nuncium exercito facto in castro Montisregalis, tali tamen conditione et pacto quod Walterpertoldus filius ejusdem D. Sybelli debet dare et assignare libere omnes forbannitos dicti D. Patriarche quos habet secum in castro Montisregalis et sunt ibidem in manibus dicti Potestatis Sacili nomine dicti D. Patriarche; et vero ibidem non sunt, eos de cetero non recipiat, nec admittat in castro predicto

Item quod idem Walterpertoldus nullum de hiis qui obsederunt eum in dicto castro propter hoc debeat offendere in rebus vel personis, nec eis vel eorum amicis malum meritum reddere per se vel suos amicos

Item quod idem Walterpertoldus libere dare et assignare debeat illos quos carcerato tenet in arcipa virgilium videlicet et Ughavum in manibus et fortia D. Rivardi de Camino vel ejus nuncii de speciali gratia dicti D. Pathiarche.

Item quod idem Walterpertoldus satisfaciat secundum quod sententiatum fuerit per Curiam Curie ipsius D. Pathiarche tam de captione dictorum de Canipa quantum de eo quod recusavit mandatis dicti D. Patriarche nolendo reddere dictos captivos, nec permittendo intrare nuncios suos dictum castrum et de offensionibus et dolentiis factis tam suis consanguineis quam aliis de Monteregali, et de omnibus violentiis, offensis et injuriis per eum illatis cuilibet persone et de eo quod for-

tanniter reddito retinuit.

Que omnia et singula supradicta in manibus dicti Potestatis recipientis nomine dicti d. Patriarche dicte Sybille cum obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum sub pena quingentarum marcharum denariorum Aquilegensium attendere et observare promisit. Qua soluta etc. Pro quibus omnibus et singulis attendendis et firmiter observandis d. Walterus pertoldus de Spenimberch precibus dicte d. Sybille extitit in solidum fideiussor. Fiat huiusmodi instrumentum cum debita solempnitate non mutando naturam negotii." A.C.U.c

1290. 28 Giugno Cividale.

Sentenza arbitraria sui compensi da darsi dal Patriarca al Capitolo d'Aquileja pella permuta di Marano e S. Margherita.

Giovanni di Lupico Canc. P.

In Christi nomine amen. Anno quidem Nativitatis MCCLXXXX tertię indictionis die tertio exeunte Junio. In Civitat Austria. In solia Pallatii Patriarchalis. Presentibus Prezbitero Eliprando. Magistro Guielmo vicario Domini R. Patriarchę Aquilegiensis in Civitatensi Ecclesia. Magistro Thoma Clerico Ecclesię Sancti Joannis de Padua. Magistro Joanne de Lupico Notario dicti Domini Patriarchę, et Dominico de Civitate Notario Testibus ad hęc vocatis, et rogatis, et aliis. Domini Hermanus de Utino, et Paganus, et Paganus della Turre Canonici Aquilegienses coram Reverendo Patre. Domino Raimundo Dei gratia Patriarcha Aquilegiensis, et venerabilibus viris Capitulo Aquilegiensi, videlicet Dominis Matthia de Mels. Alberico Cantore, Magistro Laurentio, Lodovico, et Jacobo de Civitate. Philippone della Turre Canonicis Aquilegiensibus de ipsorum voluntate tulerunt infrascriptum arbitrium in scriptis sic dicentes.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti Amen. Nos Hermanus et Paganus Canonici Aquilegienses, arbitri, arbitratores, et amicabiles compositores super additionibus faciendis de possessionibus, et redditibus plebis de Gruagno ad Plebem et terram Marani. Dicimus pronunciamus, et volumus quod Reverendus Pater Dominus Raimundus Patriarcha Aquilegensis det triginta duas marchas de redditibus Aquilegensi Capitulo in mansis Gastaldiarum

Agelli, et Trivignani secundum quod nos ipsi mansos ipsos duxerimus eligendo. Computando frumentum, vinum et aliud bladum secundum estimationem factam de redditibus Plebium Gruagni, et Marani. Itaque dictum Capitulum habeat libere dicta bona cum omni jure, dominio, et servitute, et computando colletas carotia vel alia quovis jura. Reservantes nobis declarationem, interpretationem, et expositionem omnium supradictorum si aliquo tempore questio super premissis aliqua oriretur. Data est mihi licentia et libera potestas hujusmodi arbitrium confiendi cum omni solemnitate qua debet de consilio sapientum et cum omni melioramento non mutata negotii qualitate. C. P. c.

1240 17 Luglio Feltre

Investitura data dal Vescovo di Feltre e Belluno del Castello di Polcenico ai Signori di Polcenico.

Morandino di Romanzacho.

In nomine Domini amen. Anno a nativitate ejusdem MCCLXXXX indictione tertia, die quintadecima exeunte julio, apud Feltrum, in camera castri episcopalis feltrensis Presentibus egregio viro D. Gerardo de Camino Civitatis et districtus Tarvisii Capitaneo generali, D. Rizzardo de Camino filio ipsius D. Capitanei D. Vitalino de Villalta, D. Tolberto de Mimiglano, D. Mathia de Cremona, Antonio de Villalta, filio D. Vitalini predicti, dominis Ubaldo et Gravolino de Castello civitatis Bellunensis et magistro Egidio phisico Bellunensi testibus et aliis.

Venerabilis in christo Pater D. D. A.... Dei gratia Feltrensis et Bellunensis Episcopus et Comes nomine suo et sui episcopatus Bellunensis investivit nobiles viros D. Thomasinum filium q.m D. Thomasii de Pulcinico pro se et fratre suo Odorico recipientem et D. Gerardum filium q.m D. Alberti ejusdem loci pro se et omnibus fratribus suis recipientem et quolibet eorum in solidum simul pro se et omnibus suis consortibus recipientes de tali feudo et talibus feudis et jure feudi et feudorum quod et que ipsi Domini Thomas et Gerardus et eorum Patres et Antecessores habuerunt et habuerunt et visi sunt habere ab ipso D. Episcopo et Comite et ejus episcopatu Bellunensi videlicet de castro, curia dominatu jurisdictione et districtione de Pulcinico et ejus confinibus in monte et piano et pertinentiis secundum quod continetur in Privilegio dicti Episcopatus Bellunensis, unde dicti Domini Thomasinus et Gerardus ibidem et in presentia ad S. Dei Evangelia juraverunt et promiserunt ipsi D. episcopo et suo Episcopatui Bellunensi fideles esse vassallos ipsorumque et suos successores res, jura, honores ipsorum pro posse fideliter conservare et nullatenus quod in detrimentum et periculum sive damnum persone, rerum jurium et honorum sui et suorum successorum

aliquid uerti posset per se vel per alium tractare aut modo aliquo machinari imo si quos aut aliquos eorum tractare vel procurare senserint, quam uelocius poterunt ipsi d. Episcopo et Comiti notificare et quidquid sibi sub fide et credentia dicetur ab eodem impositum fuerit secretum fideliter retinere nec non personam vel iura et honores suos et ipsius sui Episcopatus adversum quoscumque excepto Romano Imperio tueri et totis viribus adiuvare et generaliter puram et meram fidelitatem sibi et suis successoribus reddere ac per omnia impertiri. Quibus itaque sic peractis memorati d. Episcopus et Comes precepit eidem D. Thomasio et Girardo sub pena fidelitatis ac sacramenti prestiti per eosdem ut usque ad proximum futurum festum S. Michaelis sibi dare deberent inscriptis omnia et singula que habent, habuerunt et visi sunt habere a d. Episcopo vel Comite et a suo Episcopatu Bellunensi.

Et ego Bernardinus de Remanzacco imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripsi et roboravi. A. C. etc.

1290 7 Settembre Cividale

Statuti della Confraternita de' Battuti

Li infrascritti ordinamenti e statuti fati cum consegli de savi Frari Minor' e Predicator e de altri savi e boni homini de Cividal in MCCXC. a di VII. intrante setembrio.

infra ly altri ordinamenti e statuti fo ordinato e statuto ni nisuno no debia esir rezeuuto in la Fradalia dely batuti de sancta Maria sotto nisuno pato e condicion si no lyberamentri queli chi vol observar ly statuti de la Fradalia.

item chi zaschaduno frari debia quant el po batir lo so corpo ogna Domendga e ly festi di tuti ly Apostoli. e per ogna fiata chi ven fata prosesione dir XXV. Pater noster e XXV. Ave Maria.

item ogna fiata chi alguno de la Fradalia mur u homo, u femina dir XXV. Pater Noster e XXV. Ave Maria et esir prosesionalmentri a la corpo del morto.

item ogna Domeniga chi ven fata prosesion per zasiaduno frari u saror de la Fradalia chi sarò lo so anenual dir v. Pater noster e v Ave maria per l'anima lor

item zaschaduno frari e saror de pagar ogna anno in lo di de Sancta Maria de candeli denari due in ajutorio de li povri

item ogna fiata quant alguno de la Fradagla si è infermo ed eli sia comandat aveglar elo de andar u mandar per si avegIar.

item chi nisuno no debia esir fenuto in la data Fradagla si in amre no a la sua capa cum la qual si de batir.

item chy zaschaduno dela Fradalia de vezuer una ora in anno lo corpo del nostro Signor Ihesum Cristo.

Item chi zaschaduno de la Fradalia de aver pas e bona volontat cum li so confrari: e per quelo chi remagnes de aver pas e concordia sia dislito de la Fradagla. e altri pluser ordinamenti chi e di grant consolacion e hutilitat a li animi e al corpo.

A. N. U. c.

[illegible]

[illegible]

Instrumentum investiture factum per Reverendum D. Abbatem et Capitulum [illegible] in [illegible] contra Bartholomeum [illegible] [illegible] de Sexto de [illegible] recipientem et conducentem pro se et Andrea [illegible] nepote [illegible] rem [illegible] terre sitis in [illegible] Pullicella in [illegible] contrate [illegible] solvendum [illegible] anno de [illegible] et successoribus [illegible] [illegible] sancti [illegible] nativitatis Domini nostri Jesu Christi unum [illegible] [illegible], octo [illegible] ante [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] instrumento [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] instrumento rogato per [illegible] [illegible] Guilielmi [illegible] [illegible] notarium anno [illegible] [illegible] [illegible] die septimo septembris [illegible].

(564.)

1290 14 settembre Udine

Gerardo di Castello è prosciolto dalla scomunica.

Nicolò da Cividale Not.º

MCCXC. Tertia Indictione, die XIV. intrantis septembris: In castro Utini in novo Palatio Patriarchali presentibus Domino presbitero Vidotto Plebano Cividat., magistro Widone de Parma jurisperito et Leonardo de Bra[…] testibus et aliis. Reverendus Pater et D. Raymundus Patriarcha Aquilegensis Dominum Gerardum de Castello Canonicum Aquilegensem absolvit ab omni vinculo excommunicationis quod eum incurrisse fuisset contingeret in occupationem olim facta per D. Rantulfum Vicarium Aquilegensem de Terra Marani sive in dando pro ipsa occupatione operam vel publicam, vel occultam: recepto prius ab eodem D. Gerardo juramento de parendo super hujusmodi mandatis Ecclesie et ejusdem D. Patriarche: Qua quidem absolutione facta; idem D. Patriarcha reservavit sibi quod sibi mandare voluerit in posterum hac de causa.

C. X. F. C.

(565.)

1290 25 Settembre Cividale.

Rantolfo Decano d'Aquileja è chiamato a render conto dei danni da esso apportati al capitolo

Nicolò da Cividale Not.

MCCXC. indictione tertia die VI. exeunte Septembri, in Civitate Austria in Palatio Patriarchali. Presentibus Dominis Decano Ecclesie Civitatensis, Nicolao de Butrio, Iohanne de Zucola, Thomasio et Odolrico de Cucanea testibus et aliis.

Cum D. Hermanus de Utino Canonicus Aquilegensis Ecclesie, presente nobili viro D. Rantulfo de Villalta ibidem existente, precepit ut a die hodierna ad decem dies inclusive pro tribus edictis et uno peremptorio termino compareret in Civitate coram eodem D. Patriarcha negaturus vel confessurus ea que in dicto scripto continentur et si dies termini etc. Precepit insuper mihi Notario idem D. Patriarcha, ut copiam scripti ejusdem dare debeam dicto D. Rantulfo si eam voluerit et duxerit repetendam. Tenor vero scripti predicti talis est

Dampna et gravamina que inter cetera nobilis vir D. Rantulfus de Villalta Decanus Aquilegensis post sententiam inter Capitulum et ipsum latam intulit ipsi capitulo in bonis ipsorum tam communibus quam divisis, sunt ista. salvis aliis que intulit ante predictam sententiam de quibus nulla adhuc dicto Capitulo prestitit satisfactionem sicut sibi sub pena in instrumento compromissi contenta per arbitros in dicta sententia fuit sententiatum.

In primis eo existente in Marano fecit de nemoribus ligna portari que conducta fuerunt Venetiarum pro una arca construenda..........

c. c. f. c

1290 9 ottobre Udine

Assoluzione di Rantolfo Decano.

Atti di Cividale Not.

MCCXC. indictione tertia die nono intrante octubris, in castro Utini in novo Patriarchali Palatio. Presentibus Dominis fratribus Pasio Preposito de Carrate, et Petro Ordinis Humiliatorum, Friderico de Villalta, et Vilelmo qui fuit de Cenzone et Nucio de Mels testibus et aliis. Reverendus Pater et D. Raymundus Patriarcha Aquilegensis virum Nobilem et prudentem D. Rantulfum de Villalta Decanum Aquilegensis Ecclesie petentem absolutionem hujusmodi et ab omni excommunicationis vinculo quod incurrisse dicebatur tam occasione occupationis Terre Morani contra voluntatem ipsius D. Patriarche et Capituli Aquilegensis, quam pro eo quod bona et possessiones dicti Aquilegensis Capituli dicitur invasisse juxta formam Ecclesie absolvit et restituit ad ecclesiastica sacramenta. prius ab eodem D. Decano corporali prestito sacramento de parendo mandatis Ecclesie et ejusdem D. Patriarche. Quidem absolutione facta dictus D. Patriarcha mandavit . . .

c c Y c

1290 14 Ottobre .. S. Pietro di Carnia

Convenzione fra il Preposito e il Capitolo di S. Piero di Carnia

"Giacomo da Tolmezzo Not."

Anno Domini M cc LXXXX. Indictione XII. die XIV intrante Octobri. Presentibus Presbitero Leone Iunco de Hor, Tafarello, Marquardo de Fulis, Henrico de Cleva, Henrico de Noyaredo, Iacobo de Cleva, Martino de Casanova, Nicolao de Gemona testibus et aliis.

Dominus Manus Preposito de Tarmacedo, Henrico de Cleva Clerico de ... Canonicis Ecclesie S. Petri de Carnea in dicta Ecclesia more solito congregatis, pro bono statu ac ... quiete ... dicte Ecclesie, dictus Prepositus et predicti Canonici nomine eorum Capituli fuerunt in concordio quod omnis lis et questio que fuerit inter ipsum Prepositum et predictos Canonicos et Capitulum supradictum usque ad presentem diem una ... de omnibus litibus et questionibus et dictum est una pars alteri fecit finem et remissionem perpetuam. Et Prepositus predictus consentit fuit quod Canonici et Capitulum predicti de cetero eorum jus habeant sicut antea habere consueverant, sicut in quodam instrumento ibi lecto contineri videbatur tenor cujus talis Instrumenti erat.

In nomine domini amen Anno Domini M. cc. XLIV. Indictione secunda medio tertio exeunte Iunio, in presentia horum rogatorum Testium videlicet Brunetti et Petri filiorum D. Rajnardi de Fagagna et Meinardi de Cleva et aliorum.

Cum inter Prepositum et Capitulum S. Petri de Carnea, sepe contigerit oriri lis et controversia pro diversis indirectis Officialibus quos quilibet Prepositus contendit asserentes hanc jurisdictionem habere scilicet quod Prepositus debeat ministrare Capitulo de salario suo per circulum anni. D. Bernardus de Fagagna dictus Prepositus Ecclesie memorate cupiens finem, et pacifice vivere cum Fratribus suis, sive de jure, sive de consuetudine haberet dictam Administrationem vel habere deberet prefatam, sive, ut ita dicam, omnem Administrationem

capitulo resignans, illi antiquae liti cessit et finem imposuit, monstrans et assignans eis specificando omnia iura quae per circulum anni percipere, sive consequi debent, quantum, ubi, a quo, vel a quibus apud Fapanam et Porzallas, et assignavit eis viginti novem sextaria frumenti et quatuor sextaria milii pisti et quatuor [illegible], et sedecim urnas musti. Quandocumque vero tempus vindemiae fuerit, Officialis capituli debet interesse, vinum sive mustum colligere et in servatione ponere, expensis quoque ipse officialis capituli suis expensis a Rusticis. Frumentum vero supradictum debent Rustici ei conducere usque Verronum, ibique officiali capituli assignare. Officialis vero assignatis sibi XXIV soldis pro conductivis; debet iam dictum frumentum conducere ad S. Petrum in cellario Capituli. Pro conducendo vero vino et pisto memorato a Fapana assignavit supradictus Praepositus capitulo quinque carratica apud homines ecclesiae in Vesarato cum officialis vero capituli vinum et pistum sive a Fapana conducunt. Rustici Ecclesiae S. Petri dictae villae boves et carratores debent procurare in expensis eorundem.

Item totum vinum quod potest colligi in plebe[illegible] de Busa debet percipere pro pota danda post cenam, et aliis praescriptis temporibus.

Item unam libram piperis apud Eremenam.

Item Bladum quod percipere debent singulis annis Canonici praedictae Ecclesiae in Carnea

Eis quoque praefatus Praepositus demonstravit sive assignavit summatim comprehendendo quantum omnes simul percipere deberent, videlicet centum triginta duo sextaria ordei et duodecim sextaria siliginis

Interea Officialis Capituli debeat percipere unum sextarium mixture pro procurandis carratoribus. Supradictas vero fruges ordeum videlicet et siliginem debent Officiales capituli percipere et congregare apud Decimanum complenas pro cartis et quartesia. Si quid defuerit compleri debeant cum petitionibus, salvo vero pacto et conditione memoratis Praepositus Capitulo assignavit supradictas fruges colligere postquam Decime et quartesia et fiere fuerint extimatae et mensuratae, scilicet certa pensione. Si aliquo tempore pro [illegible] aliquid destruetur, nullum idem R. Praepositus vel ejus suc-

Successores detrimentum percipere debeant seu totum capitulum et totum esse debeat ea quantitas que [illegible] ei deberet

Similiter etiam si per aliquam gratiam vel adventum Decime et alia ... possent totum non capitulo cedere sicut quantum debeat non obstante pre- facto Preposito vel Successoribus suis.

Item assignavit eis XX. agnos, et tres edos, et quatuor oves, que admi- nistrari debentur in festivitatibus prescriptis: tres vero de debito [illegible]; debent da- re Rustici de Cotes, [illegible] vero apud Poneches dare. XI Agni vero et Hedi debent accipi de decimis et primitiis

Item quilibet canonicus debet percipere in parte sua in medio tres agnos quos Officialis Capituli simul cum Officiali Prepositi debet accipere similiter de bonis et de mediocribus; similiter debet fieri de spatulis, dando cuilibet Canonico sex spatulas

Item assignavit Capitulo totum censum quem percipere debet per cir- culum anni scilicet XXXVI. Sedecimas cerei et XXXVI. denarios, monstravit ubi recipere debeat, vel a quibus, de quo non est modo distinguere per sin- gula.

Item assignavit capitulo totum censum cum quo .. quod in statuta Domini administravit; et duos Porcos recipere debeant et ubi dari et ubi recipere debeat

Item recipere debet a Preposito duos Zarmasos singulis annis, unum in [illegible] in Festo S. Petri et unum in vinculis ejusdem

Item omnia Legumina que colligi possunt ab Ecclesia sive a parte Eccle- sie Capitulo attribuuntur.

Item XII. denarios pro Oleo quos illi de Sovandri dare debent

Predictum vero statutum et conventionem pactumque irrevocabilem fecit cum dictus V. Prepositus sepedicte Ecclesie S. Petri tam per se quam per suos Successo- res promittentes omnia ut supra dictum est prefatus Prepositus, vel ejus Successo- res conservare, si contravenerint dictam penam solvant et tamen nihilominus

presens instrumentum suam obtineat firmitatem. Similiter Capitulum sub eadem forma et pena supradicta omnia observare et non contravenire aliqua occasione vel ratione promisit, sed semper rata et firma habere etc.

Actum in claustro S. Petri feliciter

Ego Henricus D. Federici Dei gratia Romanorum imperialis notarius interfui et hanc cartam rogatus scripsi

Item dicti DD. nominis Prepositus et canonici fuerunt in concordio quod Capitulum unum Officialem ponat qui colligat et administret ut moris est.

Item de Canonicalibus nunc vacantibus dictum Capitulum cum consilio dicti Prepositi vel ejus successoris ponant unum officialem qui dictas Prebendas vacantes exigat, et illas cum consilio predictorum Prepositi et Capituli disponat in utilitatem Capituli predicti

Item Capellas vero dicem Prepositure dictus Prepositus cum consilio dicti Capituli conferat et accipiat

Item de spaciis vero Porcorum; si tot erunt, pro unicuique canonico novem assignentur.

Item de marcha que apud Zapaneam, et de Sta... de Imposito habent ad nativitatem Domini exquerci debet et cui pertineat.

Item de Offertorio septimane sit ad dictum magistrum Walterum Canonicum Civitatis debitum discerne

Item de Adomadariis qui in dicta Ecclesia .... duo debeant residere.

Hec omnia supradicta una pars alteri firma et rata promiserunt habere sub pena decem marcharum denariorum Aquilegensium pro qualibet parte, qua soluta vel non, tamen omnia supradicta suam semper obtineant firmitatem.

Actum in Ecclesia S. Petri de Carnea. A.C.a.c

1290 20 Dicembre Aquileja

Nicolò Abbate di S. Fermo eletto Vescovo di Verona

Nicolò da Cividale not.

M cc XC Tertia indictione die XII. exeunte Decembri in Aquileia in palatio Patriarchali presentibus D. Alberto canonico Aquilegensi magistro Petro Sucha Archidiacono Carnee magistro Bonacursio de Parma, magistro Francisco de Lupico et Anselmo notario subscripto D. Patriarche Albertino et Federicino Reg. narius eiusdem D. Patriarche testibus et aliis

Vir providus et discretus magister Paulus clericus sancti de Verona decretorum doctor ad hoc procurator D. Nicolai Abbatis Monasterii S. Firmi maioris Veronensis electi in episcopum Veronensem, et capituli et cleri civitatis et diocesis Verone constitutus coram Reverendo D. D. Raimundo Dei gratia Patriarcha Aquilegensi traxit unum publicum instrumentum super citatione facta auctoritate ipsius D. Patriarche per dominum providum et discretum D. Gregorium de Montelongo Canonicum Veronensem omnibus qui in predictam electum et electionem predictorum ac in formam electionis contradicere vellent, vel opponere unde cum hodie sit terminus tanquam procurator D. Electi, capituli et cleri comparebat ibidem paratus omnibus qui se in hac parte opponere vellent in iustitia respondere et tunc dictus D. Patriarcha respondit quod magister Paulus deberet usque in crastinum expectare. A. v.

M cc XC. Tertia indictione die XI exeunte Decembri in Aquilegia in palatio Patriarchali presentibus D. Petro Sucha Archidiacono Carnee predictis D. Iohanne et Montanario Capellanis D. Patriarche et Federicino Cortiario et aliis

Magister Paulus procurator predictus in Reverendi Patris Raymundi Dei gratia Patriarche Aquilegensis presentia constitutus proposuit coram eo quod hesterna die venit terminus citationis facte per dictum D. Gregorium de Montelongo auctoritate litterarum eiusdem D. Patriarche et ut se gerit contra predictos Electi et dignitatum personas

ac formam electionis ejusdem vellent obicere, die hesterna coram eodem D. Patriarcha comparerent si quid vellent objectare, nec in prefixo termino comparuit contradictor, petiit electionem predictam humiliter et omni instantia confirmari. Super quibus dictus d. Patriarcha respondit quod audivit diligenter petitionem hujusmodi et super ea deliberabit facere quid fuerit faciendum. A. G. u. c.

(569.)

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in monte [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] videlicet unam [illegible] item in villa [illegible] [illegible] et [illegible] plantarum et [illegible] in terra Henrici [illegible] et in [illegible] [illegible] [illegible] castrum de Pramperch et [illegible] ita, item unam [illegible] [illegible] [illegible] terre quantitate simul se tenente sitam in Pramperch et [illegible] in terra [illegible] et prato [illegible] [illegible] quandam quantitatem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] medietatem [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] et [illegible] in [illegible] [illegible] de [illegible] et [illegible] [illegible] et totum aliud feudum quod [illegible] esse [sappe] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pro [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] MCC[illegible]

1291 8 gennajo Prampergo

manumissione di donna infeudata

Giacomo Arcicco not.

Die octavo Intrante Januario. Actum ante portam Castri Prampergo. Ibique presente D.ⁱ Lavirino de S. Daniele, Brissavilla de Zelgiaco, D.ⁱ Obolino de Tricesimo, Pellegrino Petuli de Glemona, Stefano Rizeto de Avlanea, et aliis.

D. Leonardus dictus Franculinus de Lagio refutavit et dedit omne Ius, omnemque actionem et rationem etc. quod vel quam habet in Domina Viuta de Muruzio uxore de Vendojo, quam ipse D. Leonardus confessus fuit se habere in feudo ab ipso Alvino et dum Alvinus hoc pacto dedit et refutavit ipsam D.nam Viutam D. Detmaro de Vendojo, quam dictus Alvinus ab ipso D.º Detmaro habebat in feudo ut confessus fuit ibidem. Hic autem pactis dictus D. Detmarus per se et heredes suos, et ejus caratam pro remedio anime sue, et parentum ejus liberam absolvit dictam D.nam Viutam et heredes ejus ex ipsa jam habitos vel amodo descendentes, vel quos habeat in presenti, tanquam nata esset ex libero patre et matre etc. et omnia bona que habet vel sperat habere absolvit sibi et dimisit et liberavit etc. Promisit dictus D. Detmarus per se etc. firmum habere etc. in pena XX marcharum cui aut cui cis movebitur etc. A C ...

1291 18 Gennaio Cividale

Garitto e Decanie di Atems date in affitto a Milano Paona

Francesco Nanutti Can. P.

Die XIV exeunte januario Presentibus Fratre Ambrosio ordinis Humiliatorum Preposito Curie Reverendi Patris D. Raymundi Dei gratia Patriarche Aquilegensis, Bencivenis de ... Foroiulino et Ambrusino Portonarius D. Patriarche et aliis.

Reverendus in Christo Pater ac Dominus Raymundus Dei gratia sancte Aquilegensis sedis Patriarcha dedit et investivit Milano de Paona Utini commoranti Garittum cum Decaniis de Atens a proximo festo S. Georii ad unum annum, eo modo et ea forma quibus nunc illud officium habet, dicto Milano ibidem prestante juramento sub forma qua hoc anno prestiterat. Ideoque dictus Milonus pro honorantiis dare stetit ipsi D. Patriarche triginta duas marchas denariorum.

Actum in Civitate in Patriarchali palatio ante cameram dicti Domini Patriarche. A. M. U. O.

1291 29 gennajo Cividale

Feudo ministeriale dato dal Patriarca a Dionisio Manzano

Francesco Nassutti Can. P.

Anno M.CC.LXXXXI. die tertia exeunte Januario. Presentibus viris providis DD presbitero Petro Camerarde, Petro Buchesthmontanario capellanis Reverendi Patris D. Raymundi Patriarche Aquilegensis .... Zanino de Avedaco, Allamanino et Ambrosio nepotibus dicti D. Patriarche et aliis

Cum Francischus Aliarli suum feudum, sive Officium, quod spectabat ad mansos duos sitos in altino de Grazano et Tavella Ungaresca de feudo ministerii, pro quibus servire tenebatur dicto D. Patriarche per magnum tempus servire non potuerit, nec posset; de sua propria voluntate et non coacte resignavit et refutavit dictos mansos cum omni jure spectante eisdem in manibus Reverendi Patris et D. Raymundi Patriarche Aquilegensis. Qua resignatione facta dictus D. Patriarcha pro se suisque successoribus dedit et investivit Dyonisio dicto Manzone familiari suo predictos duos mansos jure feudi ministerii ita quod teneatur et debeat dicto D. Patriarche et suis successoribus in duobus equis, secundum quod officiales feudi ejusdem facere tenentur, et teneatur Decimam solvere omnium supervenientium ipsis mansis, et collectam, que sibi fuerit imposita solvere teneatur: ad habendum, tenendum, possidendum et omnem suam utilitatem faciendum. Promittens etc. sub pena dupli eorum mansorum minus quinque solidis. Vancilus tenute fuit predictus Zuaninus Avedaxie

Actum in Civitate Austrie. in Patriarchali palacio ante cameram dicti D. Patriarche A. M. cc. o

[illegible]

[illegible]

[illegible] ditationis Gerdotte capitano [illegible] Raymundi Patriarche [illegible]

[illegible] Raymundus [illegible]

[illegible] Patriarcha investivit Federicum de Wisnivich de juribus et [illegible] suis que habet ab ipso D. Patriarcha et habere debet [illegible] con[illegible] juravit ad sancta Dei Evangelia [illegible] fidelitatem cum [illegible] fidelis vassallus servire tenetur ipsi D. Patriarche. [illegible] idem D. Pa[illegible]triarcha precepit eidem Federico sub pena prestiti juramenti [illegible] [illegible] que habet a domo Aquilegensi infra quatuor septimanas [illegible] in scriptis dare teneatur ut debeat.

Actum in Civitate Austria in Patriarchali palatio ante cameram [illegible]

[illegible] A. M. U. O.

(574.)

1291 13 Marzo

Compromesso di alcuni castellani del Friuli in Gerardo da Camino per ristabilire la pace e la tranquillità nel Friuli

Verci Doc. 325

Anno Domini M.CCXCI. Indictione IV. die XIII. martii. Praesentibus D. Rantolfo de Villalta Decano Aquilegensi, Artuico de Castello, Detalmo de Villalta, Tolberto de Camino, Ricardo de Camino, Federico de Varmo, Nicolao de Budrio

D. Philippus Praepositus S. Stephani, nec non D.D. Petrus et Constantinus fratres et Carismanus eorum nepos pro se et eorum adjutoribus et servitoribus ex una, et D. Henricus de Prampergo, Simon de Cucanea pro se et eorum coadjutoribus et servitoribus, occasione mortis q.m D. Leonardi de Savorgnano se compromittunt in D. Gerardum de Camino. Fidejussores testes. manu Johannis Notarii: quod fiat pace, ut Provincia Fori Julii consequatur pacificum statum, et ponatur finis incendiis et vulneribus etc

1291 14 marzo. Udine

cessione di terra per la costruzione delle Becharie di carne

Francesco Nascutti Canc.

Anno D.ni MCCLXXXXI. die XIV. intrante martio. Presentibus fratre Ottone de Mediolano, de ordine Clarevallis, Bernabo filio D. Martini de la Turre Albertino.. Bleband de Fuyna, Villano fratre Pitoje, Petroldino Castaldo D. Raymundi Patriarche Aquilegensis Albertino judice de Apollo et Villano filio Valenti Bechari de Utino et aliis.

Reverendus in Christo Pater et D. Raymundus Dei gratia s. Sedis Aquilegensis Patriarcha pro se, suisque Successoribus, suo, et Aquilegensis Ecclesie nomine dedit, atque cum quodam capucio jure livelli perpetualis et recti census Aquilegensis investivit Picardo Bonbinsori de Utino, et Albertino Bechario, qui fuit de Mediolano, unam petiam terre sitam in burgo ~~[illegible]~~ de Utino, juxta portam qua itur Glemonam versus orientem infra murum communis mercati de Utino et terram Federici, sive heredum q.m D. Andreotti de Castro Utini ad faciendum et construendum Mazella seu Becharias pro carnibus in ipso loco vendendis. Que petia terre est ampla in fronteria de viginti passibus Communis et longa de passibus sex et uno brachio pro quibus dicti Picardus et Albertinus vel cui dederint, tenentur et debeant deinceps dare et solvere in festo Nativitatis Domini ipsi D. Patriarche et suis successoribus pro livello dictarum Becharlarum quinque marchas denariorum Aquilegensium et nihil aliud alicui. Salvo tamen quod pro anno presenti dictam pictiam solum pro rata solvere teneantur Quam terram pro Becharijs faciendis dedit eis ad habendum, tenendum possidendum, dandum, donandum, vendendum, et quidquid eis placuerit faciendum, salvo jure census predicti sine contradictione dicti D. Raymundi Patriarche

Tali pacto et conditione quod ipse D. Raymundus Patriarcha, nec sui Successores possint de cetero nec valeant infra slocata valle de ultra aliquid facere, seu construi fieri macella seu Becharias alias tempore aliquo. Promittens dictus D. Raymundus Patriarcha pro se suisque successoribus dictam Investitionem, pacta et predicta omnia et singula firma habere et rata tenere, et non contrafacere vel venire ratione aliqua vel causa sub pena centum marcharum denariorum Aquilegensis monete minus soldis quinque parvorum que totiens exigi possit ab ipso D. Patriarcha et suis Successoribus quotiens fecerint contra predicta. Nuncius tenute fuit Prividomus predictus.

Actum in Castro Utini in novo Patriarchali Palatio in Capella. [illegible] o

(576.)

1291 18 Aprile Udine

Castaldia di Manzano

Francesco Nasutti Can.°

Anno Domini M.CC.LXXXXI. die XIII. exeunte Aprili. Presentibus viris providis D. Manfredo de la Turre, Medoecensi Archipresbitero, fratribus Ambrosio Preposito curie D. Patriarche, Petro Panetario, Guilelmo filio q.m D. Gotfredi de la Turre, martino de la Turre et Pertolino Scriviano et aliis

Reverendus in Christo Pater et D. Raymundus ... Vincencevtum de la Turre de castaldia sive gastaldia Manzani ... proximo festo ... ad unum annum cum hac forma et condicione quod tenebit officium ipsius castaldie fideliter exercere et neminem contra justitiam ... quod facere. Et si quis a sententia lata coram ipso ... appellandum quod prom appellationem admittet et quod ... tatos non licentabit sed licentatos pro posse ... ipsius D. Patriarche ... integraliter tenebit et observabit plenarie juxta posse suum ad campum ipsius Patriarche ... et de his que pertinent ad suam castaldiam ipsi D. Patriarche reddet rationem. Que omnia et singula idem dictus Vincencevtus juravit ad s. Dei evangelia fideliter observare et pro renovatione dare stetit ipsi D. Patriarche duodecim marchas denariorum

Actum in ... Palatio Utini in capella. A. M. L. O.

(577.)

1291 18 Aprile Udine

Castaldia di Campo e Podesteria di Sacile

Francesco Nasutti Can.°

In eodem die, loco et testibus predictis. Ibidem D. Raymundus Patriarcha renovavit Guilelmo filio q.m D. Manfredi de la Turre Castaldiam Campe et Potestariam Sacili a proximo S. Georgii festo ad unum annum et eodem modo et forma qua renovavit castaldiam Manzani predictam. Et ... Guilelmus ... ad ... evangelia juravit omnia fideliter exercere. A. M. L. O.

1291 18 Aprile

Castaldia di Sofumberch

Francesco Cavalli Cav.?

eisdem die loco et testibus. Ticius ? Raymundus Advocatus notarius et nar
tius se in Turre Castaldinum de Sorfumberch a proximo festo s. Georgii ad
unum annum sub modo et forma predictis qui juravit observare; et pro ho
norantia dare stetit quinque marchas denariorum. A. Me. U. O.

(579.)

1291 19 Aprile Udine

Capitanato di Gemona

Francesco Nasutti can. P.

M.cc.xci. die xii exeunte Aprilis. Presentibus DD. fratribus Ambrosio Preposito, Petro de Ordine Humiliatorum, Lippo de Capponibus de Florentia, Pitoja et M. Cano de Padua et aliis

Ibidem D. Raymundus Patriarcha investivit Romanino nepoti suo capitaneatum sive officium capitanarie de Glemona a proximo festo s. Georgii ad unum annum eo modo et forma quibus Andalo Bruni habebat. Qui iuravit ad s. Dei evangelia officium ipsius capitanarie fideliter exercere et de iuribus d. Patriarche plenam reddere rationem

Actum utini in camera d. Patriarche in palatio novo. A. M. U. o

(580.)

1291 19 Aprile Udine

Gastaldia di S. Daniele.

Ibidem investivit eidem Romanino nepoti suo Gastaldiam sive officium gastaldie de S. Daniele usque ad dictum terminum eo modo et forma quibus investivit ~~[illegible]~~ Vincenario officium in [illegible] et iuravit etiam fideliter exercere, et pro honorantiis dare ~~[illegible]~~ statuit marchas decem denariorum. A. M. U. o

1291 21 Aprile Udine

Gastaldia di Udine

Francesco Maccutti Canc.

Anno Domini M.ccxci. indictione quarta, die X. exeunte Aprili.

Presentibus fratribus Ambrosio Preposito, et Petro de ordine Humiliatorum Albertino et Ortolino hostiariis D. Patriarche et aliis

Reverendus in Christo Pater D. Raymundus Patriarcha concessit Enrigalberto officium Gastaldie Utini excepto ~~[illegible]~~ Homicidio eo modo et forma qua habebat, a proximo festo S. Georgii ad unum annum. et juravit fideliter exercere et pro laborantis dare stetit quinquaginta marchas medietatem in festo S. Marie Virginis de Augusto et complimentum in subsequenti festo omnium sanctorum

Actum Utini in Palatio novo in camera D. Patriarche. AMEN o

1291 25 Aprile Sofumbergo

Gastaldia di Cividale

Francesco Novacchi con.?

Anno Domini M.CCXCI. indictione quarta die sexta exeunte Aprili presentibus D.D. Domenico capellano de Sorfumberch, fratre Petro de ordine Humiliatorum, Lappo de Caponsacis de Florentia, Martino de la Turre castaldione Sorfumberch, Albertino Meliano de Furno, et aliis.

Reverendus Pater ac D. Raymundus Patriarcha investivit Gastaldiam sive Garitum Gastaldie Civitatensis Martinum Brung sub modo et forma quam prius habebat qui juravit secundum quod hactenus juraverat et dare stetit pro honorantia marchas L.

Actum in Sorfumberch in domo dicti capellani AMCCO.

1291 26 Aprile udine

nota di Cividale

francesco Novelli can. P.

Anno Domini M.ccxci. Indictione quarta die quinta exeunte Aprili Presentibus D.D. fratre Ambrosio Patre de Ordine Humiliatorum Albertino de Cane de Furno, Vincentio de la Turre Bertaldione Manzani et Zorzo Mareno de mediolano et aliis

Reverendus Pater et D. Raymundus Patriarcha Aquilegensis dedit et investivit Pango et Lupoldo Paternoster de Civitate Austria mutam et rationem mute de Civitate a proximo festo S. Georii preterito usque ad duos annos completos pro qua se dare steterunt marchas LXXX. denariorum de quibus ipse Pangus nomine dicti D. Patriarche ... solutione ... habet ab ipso D. Patriarcha se solutum vocavit

Actum Utini in Patriarchali Palacio in capella ipsius D. Patriarche. AMV.o

(584.)

1291 27 Aprile Udine

Avvocazia di Cividale

Francesco Nocenti Can. C.

Anno Domini M.cc.xci indictione quarta, die quarto exeunte Aprili

Presentibus Martino Brung gastaldione civitatensi Guilelmino Barbitonsore

Folcha aurifice et Preuldino Hostiario et aliis.

Reverendus in Christo Pater ac D. Raymundus investivit Petro Brung a

proximo preterito S. Georgii Festo ad unum annum Advocatiam sive jus

Advocatie Civitatis, qui juravit ipsum Officium ad s. Dei evangelia fidel

liter exercere, et pro honorantia dare stetit dicto D. Patriarche marchas

sexdecim

Actum Utini in Camera nova D. Patriarche. Ant. u. o.

(585.)

1291 28 Aprile Udine

Gastaldia di Ajello

Francesco Narutti can.[1]

Die tertio exeunte Aprili. Presentibus Fratribus Petro de ordine Minorum, Iohanne Plebano de Artenea et Peregrino Rectario et aliis.

D. Raymundus Patriarcha investivit Gardelum Castaldie de Agello Guidotto de Chovaliaco in proxima preterito S. Georgii festo ad unum annum qui juravit ut supra, et dare debet pro denariis hinc ad proximum festum S. Marie de Augusto marchas viginti quatuor

Actum in camera Domini in castro. A. M. U. O.

(586.)

1301 27 Giugno Trieste

[illegible] dell'Abbate di Beldona [illegible] il [illegible] nel [illegible]

[illegible]

Copia o Not.

In nomine Dei eterni. Anno ejusdem MCCCI. Indictione quarta, die quarto exeunte mense Junio. Prudentes viri Ser Matheus Bavardus, Dominicus q.m Dominici de Leo, et Hector Rubeus Judices magnifici D. Henrici Comitis Goricie [illegible] tempore [illegible] Romanie, tergestum conducti tam de prima impositione, quam de secunda et ratione, exter hinc inde porrecta dati et recepti confessi fuerunt et contenti nomine Communis Tergesti tempore dicte Romanie fuisse receptum in summa per receptores qui tunc temporis nomine Communis prefati recipiebant de ratione prime impositionis a Massariis D. Abbatis Bellinensis dantibus nomine dicti D. Abbatis staria frumenti [illegible] frumentum [illegible] in [illegible] pro conducendo Tergestum et de ratione stadi impositionis secunde confessi fuerunt dicti judices ac contenti tunc temporis etiam quisse receptum nomine communis Tergesti per receptores qui nomine ipsius communis recipiebant ipsum stadium a Massariis prefati D. Abbatis Bellinensis dantibus vice et nomine ipsius D. Abbatis in summa staria de milio centum et triginta quatuor, quod milium ats datum fuit in [illegible] pro conducendo Tergestum. Renunciantes predicti judices nomine dicti Communis Tergestini exceptioni non habiti et non recepti tunc temporis dicti stadi per dictum Commune, et non facte dicte confessionis rationabiliter et juste ratione ipsa litigantes projecta et vita, omnique alii juri, actioni, exceptioni ac defensioni vel eorum auxilio [illegible] nomine dicti Communis Tergesti [illegible] eidem Communi modo aliquo coherenti. Actum Tergesti in Palatio

commune presentibus Ubaldo gallo Cominalio Burlo Leonardo q. Massimanni de Aurelia, Martino notario et Servadeo q.m D. Natalis medicis testibus ad hec vocatis et rogatis etc.

12 [illegible] 28 [illegible]

[illegible]

cum et [illegible] memoriae [illegible] hominum [illegible]

[illegible] testimonio confirmari [illegible] presente [illegible] posteri [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] Willelmum nomine [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] et planius [illegible]

[illegible] eorum [illegible]

[illegible] Septembris [illegible] et [illegible]

[illegible] tempore [illegible] scilicet [illegible]

[illegible] mandantes [illegible]

[illegible]

[illegible] in [illegible] mente [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] et [illegible]

In dorso [illegible]

(588)

1291 6 Luglio Udine

Investitura di Giovanni Rochf di Udine.

Francesco Nascutti Data P.

Anno M.cc.LXXXXI. die sexto intrante iulio. Presentibus venerabili viro D. M. emoniensi episcopo, magistro Waltero Aquileiensi Canonico, D.D. Vicimano de Flagonea, Mascha et Heracho de la Turre, Petro q.m D. Federici, Benone filio D. Iohannis de Orgnano, Benoardo q.m D.... Benenaco q.m D. Lazari de Castro Utini, Conrado et Hermano notario de Utino et aliis.

Cum Thomasinus et Conettus fratres filii q.m D. Stephani pro se et eorum heredibus spontanea voluntate et non choacti resignassent et refutassent in manibus Reverendi Patris ac D. Raymundi Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarche unum ipsorum molendinum situm in Roja de Utino infra molendinum Dominici de Ponte et molendinum Adubacti de Utino, et duos campos sitos juxta ipsum molendinum infra Rojam et Terram dicti Thomasini in loco qui dicitur Motta; quod molendinum cum campis a domo Aquilegensi jure feudi habebat. Idem D. Patriarcha pro se, suisque Successoribus suo et Aquilegensis Ecclesie nomine de ipso molendino et campis cum pertinentiis ipsorum Iohannem Rochf de Utino pro se, suisque heredibus recipientem ad rectum fictum Aquilegensem quo quodam capucio manu propria investivit ad habendum etc solvendo nomine census Aquilegensis D. Patriarche et suis successoribus annuatim in festo nativitatis Domini aut octo diebus ante, vel post duas libras Piperis. etc. Quam investituram etc sub obligatione bonorum domus Aquilegensis predicte. Nunciis tenute Petrutinus

Actum in Castro Utini in capella novi Palatii Patriarchalis. C Pc

1291. 25 Luglio. Cividale

Carta Communis Civitatensis super certis juribus spectantibus ad Castaldiones et Advocatos Terre Civitatensis.

Dal Codice Belgrado. o.

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo. indictione quarta. Die septimo exeunte julio. in Civitate Austria; super domo communis. Presentibus Dominis Magistro Juliano Tauxerario; Leonardo q.m Vulcuspoldi Canonicis et Guilelmo Vicario D. Raymundi Patriarche Aquilegensis Civitatensis Ecclesie testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis.

Cum Reverendus in Christo pater et Dominus Raymundus Dei gratia s. sedis Aquilegensis Patriarcha venerabilibus viris Bernardo Decano Civitatensis Ecclesie commiserit per suas litteras patentes ipsius D. Patriarche sigillatas sigillo integro et illeso ut super certis juribus ad Castaldionem et Advocatum de Civitate spectantibus tam Castaldiones et Advocatos de Civitate qui fuerunt pro tempore quam alios antiquos homines de Civitate ad hoc ydoneos ad ipsius Decani presentiam convocando deberet petere et inquirere de premissis, prout in dictis litteris s. Patriarche ibidem visis et lectis plenius continetur quarum tenor talis est.

Raymundus Dei gratia s. Sedis Aquilegensis Patriarcha dilecto filio Bernardo Decano Ecclesie Civitatensis salutem et benedictionem in Domino.

Cum super certis juribus ad Castaldionem et Advocatum nostros de civitate spectantibus quedam nobis dubia videantur, sicut tua discretio non ignorat, devotioni tue committimus per presentes, quatenus tam Castaldiones et Advocatos de Civitate qui fuerunt pro tempore, quam alios antiquos homines de Civitate quos ad hoc ydoneos noveris auctoritate nostra debeas ad tuam presentiam convocare; a quibus per eorum juramentum petere et inquirere debeas de premissis, ut ipsorum dicta

in formam publicam redigi faceres, ea nobis postmodum transmissuras.

Datum Utini duodecimo exeunte februario, quarte indictionis.

Volens memoratus D. Decanus commissionem hujusmodi exequi reverenter infrascriptos Gastaldiones et Advocatos quondam et alios viros ydoneos de Civitate ad suam presentiam convocavit, recipiens ab eis super premissis debitum Sacramentum. Dicta quorum hec sunt.

Leonardacius de Civitate filius q.m D. Nanceri Selenche olim Advocatus de Civitate juratus de veritate dicenda et interrogatus per dictum D. Decanum quid juris pertineat Gastaldioni, et quid juris pertineat Advocato de Civitate prò D. Patriarcha suo sacramento dixit, quod Advocatus habet jurisdictionem cognoscendi de causis manifestorum communium, seu publicorum mercatorum tam servorum quam masnatorum cujuscumque stationariorum, becariorum, calcifícum, pelliparìorum, sartorum, pistorum, pancoulorum aut pancoularum et aliorum publicorum mercatorum ipsis publice utentibus mercationibus, nominatim de causis que spectant ad mercationem et ad debita. De aliis vero causis que vertuntur super violentiis, cruentis, furtis, et aliis similibus Gastaldio de Civitate habet facere rationem, sed si aliqua violentia fit in circulo fori de Civitate de qua per sententiam coram Gastaldione qui de hujusmodi violentia debet cognoscere evidetur, Advocatus pro ipsa violentia debet habere octo denarios; de aliis autem hominibus communibus Gastaldio facit rationem de violentiis, cruentis, latrocinüs mutilationibus, delictis, exceptis servis masnatis et massariis aliorum tam clericorum quam laicorum de quibus Domini eorum de mobilibus et debitis faciunt rationem, sed si Domini essent negligentes, aut de ipsis conquerenti, seu conquerentibus non facerent rationem tunc dictus Gastaldio de eis debet facere rationem.

Item consuevit Advocatus in die Lune, et maxime in die Veneris facere et tenere rationem de Civibus Civitatis, sed de forensibus omni die quandocumque licuit opportunum

Item quando D. Patriarcha dat juramentum Advocato, consuevit dare isto modo quod Advocatus sententias coram eo ferendas mandare executioni; ac ordinamenta facienda, seu que per homines de Terra Civitatensi ad hoc deputatos fiunt in omnibus et per omnia Advocatus tenetur penitus observare prout per homines de Terra Civitatensi et certos de Capitulo Civitatensi ad hoc deputatos, fiunt sibi et traduntur. Preterea homines de Terra Civitatis habent auctoritatem et potestatem mutandi, corrigendi augmentandi, diminuendi, detrahendi et revocandi ipsa ordinamenta particulariter et in toto, semel et pluries, quotienscumque, quandocumque, et quomodocumque voluerint ad voluntatem eorum; et quotienscumque, quandocumque et quomodocumque homines de Terra Civitatis ipsa ordinamenta mutaverint, correxerint, augmentaverint, diminuerint, detraxerint et revocaverint, dictus Advocatus tenetur in omnibus et singulis observare.

Item dicit; quod Advocatus assumptis duobus suis judicibus ad minus et certis aliis bonis hominibus de Terra de voluntate hominum de Terra Civitatis debet accipere unum duos, vel plures starios frumenti et ipsum frumentum facere molare, et burattare et panem fieri in continua presentia judicum et dictorum hominum de Terra secum assumptorum, et facto iste pane predicto debet de voluntate hominum de Terra facere fieri panem secundum valorem frumenti et modum predictum dando Panicoculis seu facientibus panem ad vendendum pro suo lucro remolum et nolum qui provenerit ex dicto frumento et si panicoculus seu panicocula secundum dictum modum ei traditum non faciet panem, et puta si minorem panem faciebat, tunc Advocatus possit sibi accipere suam vadiam pane dimisso panicolis supradictis. Sed si panis esset enormiter vacui, seu nimis parvus ultra modum potest Advocatus, recepta sua vadia, panem incidere per frustula sive super tabulas et non alium producere in viam, sed [illegible] panis prout superius est expressum nullo modo

Advocatus potest super pancolus incurrere ad aliquam penam seu vadiam aut proicere dictum panem in viam.

Item dixit quod si pancolus aut pancola non facit panem bonum secundum dictum modum quod et dare debet ponderato dicto pane sine fraude potest Advocatus accipere suam vadiam quam sibi volet dare Advocatus, et petita sententia suorum judicum potest super hoc, tollere forum, seu facere inhibere.

Item dixit quod si aliquis qui coram dicto Advocato comparere tenetur, vocatur ad judicium coram eo et negligit comparere, Advocatus per sententiam judicum in primo termino potest sibi facere forum inhibere cum aliter aliquem constringere non valeat, nec debet Advocatus se cum eo cui sic est forum inhibitum concordare, si prius conquerens et ille cui est forum inhibitum non sunt concordes de eo pro quo idem conquerens super eo conquerebatur; et si ipsi erunt concordes tunc ille cui est forum inhibitum debet dare sedecim denarios Advocato pro dicta inhibitione fori et non plus, quibus datis debet esse absolutus ab hujusmodi inhibitione fori.

Preterea si Advocatus invenerit aliquem cui tempore inventionis hujusmodi est inhibitum forum ementem aut vendentem rem aliquam, dummodo non sit res aliqua pro usu suo ad comedendum aut bibendum seu aliter ad usum suum potest eam sibi accipere quandocumque sit sibi forum inhibitum. Verumptamen si est aliqua res illi cui est forum inhibitum quam extra stationem tenet ad vendendum potest eam sibi accipere, sed in statione aut in domo nihil potest sibi accipere quandocumque sit sibi forum inhibitum, et quidquid est ad vendendum extra tabulam seu locum stationis sive tabula stationis servatur.

In taberna vero si forum est inhibitum tabernario, et quicumque quod vendit est suum, potest sibi accipere [illegible] de vino de quo vendit.

Item si vinum est impositum per commune Civitatis et tabernarius faciat mensuram, potest Advocatus ipsi tabernario accipere vadiam [illegible] et accipere sibi [illegible] et facere aptare Advocatus et dare tabernario si cum ea

vult vendere dictum vinum

Item dixit quod quicumque sint qui in foro civitatensi habeant aliquam contentionem videlicet rebus sibi empte aut vendite potest Advocatus in ipsa statim facere aut cognoscere rationem, ubi si recederent de foro tunc non potest se Advocatus intromittere, et de jure non tenentur coram Advocato in judicio comparere

Item dixit quod quamvis Advocatus daret, seu dari faceret terminum ad comparendum coram eo alicui non publico mercatori, seu alicui qui coram eo comparere de jure non tenetur, licet non compareat sic citatus, Advocatus non potest tollere seu inhibere sibi forum nec aliquid quod emerit aut vendiderit, et dato quod sit rationabiliter forum inhibitum, non potest Advocatus sibi accipere aliquid quod emat ad usum suum prout est superius annotatum.

Item dixit quod si aliquis mercator forensis venderet in Terram civitatis, Advocatus non potest intromittere bona sua pro aliquo incanto aut debito facto extra civitatem, sed de mercatione aut debito facto in civitate bene potest cognoscere et intromittere bona forensium ad rationem explendam

Item interrogatus si Advocatus consueverit accipere salem, cepe, pisces, fructus vel alia similia que ducuntur venalia in forum, dixit quod nunquam accepit salem, cepe, fructus, et his similia. Verumptamen aliquando mittebat ad piscatores ut donarent de piscibus, et ipsi dabant sibi ex libera voluntate, et si non dabant non incurrebant aliquam penam, et de jure Advocatus nihil debebat nec potest accipere de sale, piscibus, cepe, fructibus et his similia. Dixit autem quod in festo Beate Marie de Monte, sicut audivit dici, quod Advocatus debebat habere cepe valentia quatuor denarios de vinea S. Patriarche, sed nunquam accepit.

Item dixit quod si quis revelaverit aliquid de juribus Advocati tenetur solvere quadraginta denarios Gastaldioni et octo Advocato.

Item dixit quod Advocatus debet habere pro qualibet dica macelli

in festo S. Marie de Monte mensis Septembris sepum quod valeat duos denarios; de quo sepo quilibet suorum Judicum et Preco debent habere unam Telam, et hoc pro eo quod Bechari possunt vendere carnes forensibus sicut melius poterunt per tres dies, videlicet in die ante festum S. Marie de Monte in die festi et in die post festum. Civibus vero de Civitate debent vendere carnes secundum ordinationem positam per Commune

Item in festo Purificationis S. Marie debet habere Advocatus pro qualibet dico macelli Civitatis quatuor denarios pro una vacca; de quibus Judices debent habere quartam partem; et hoc pro eo quod Bechari possunt vendere carnes forensibus ad eorum libitum per tres dies, videlicet in die ante festum Purificationis S. Marie in die festi et in die post ipsum festum. Civibus vero tenentur vendere carnes secundum ordinationem positam per Commune.

Item debet habere Advocatus quatuor Judices quos Commune Civitatense ei dare debet, et dicti Judices debent habere quartam vadiam que per sententiam ipsi Advocato dum est in Officio judicatur. Preco vero Advocati debet habere decimam vadiam

Item quando vinum ponitur per Commune, debet habere Advocatus pro qualibet buda que ballatur per eam unum denarium.

Item quilibet Salarius debet dare Advocato unum denarium pro eo quod Advocatus tenetur omnes suas mensuras ballare, et quolibet anno cum aptantur mensure Communis et Ballantur, ille qui eas tenet debet dare unum prandium Advocato, Judicibus et Preconi

Item in tempore Quadragesime quilibet stationarius qui continue vendit oleum in minuto ad libram, dat Advocato unam libram olei; de quo oleo Advocatus debet dare unam libram cuilibet Judici et Preconi suo

Item in festo S. Marie de Monte debet habere Advocatus de qualibet statione forensium que solent fieri in Burgo pontis unum denarium. sed

si Forensis, seu quicumque vendiderint, aut ad vendendum tenuerint sua mercimonia apud fontem civitatis aut alibi nihil Gastaldioni aut Advocato dare tenentur

item dixit quod si alicui est inhibitum forum, statim cum Advocatus mutatur est absolutus a dicta inhibitione fori, et eo die quo inhibetur forum alicui non debet aliquid sibi accipi.

D. Gullielmus de Scarleto quondam Gastaldio et Advocatus Civitatensis juratus et interrogatus etc. dixit in omnibus et per omnia sicut D. Leonardinus, excepto ubi Leonardinus dixit si Advocatus invenerit aliquem cui tempore inventionis hujusmodi est forum inhibitum emendo aut vendendo rem aliquam potest eam sibi accipere etc. D. Guillelmus dixit, quod illa re, quam Advocatus accipit alicui cui est forum inhibitum emendo aut vendendo debet satisfacere conquerenti pro quo illi cui est prohibitum forum et dicta res accepta per Advocatum multum plus valeret illa re, pro qua conquestum fuit, super illo cui est inhibitum forum est ad mercedem Advocati, sed consuevit quod boni homines super hiis illum cui est forum inhibitum concordant cum Advocato.

D. Casetinus olim Advocatus de Civitate juratus et interrogatus etc. dixit in omnibus sicut D. Leonarducius, excepto ubi Leonarducius dixit si Advocatus invenerit aliquem cui tempore inventionis hujusmodi est forum inhibitum emendo aut vendendo rem aliquam, potest eam sibi accipere etc. D. Casetinus dixit quod de illa re quam Advocatus accipit, alicui cui est forum inhibitum si ipsa res accepta ad hoc est sufficiens, que si plus valeret illa re pro qua conquestum fuit super illum cui est forum inhibitum et cui est dicta res accepta satisfacto Advocato de undecim denariis de vadia duplicata, quod superest debet esse ad arbitrium bonorum virorum qui inter ipsum Advocatum et illum cui est res accepta debent dicere et diffinire. item dixit quod de

sepe quod Advocatus accepit in festo s. Marie de monte sicut Leonarduccius dixit hoc tempore suo non erat, nec credit quod nunc esse debeat. Item nunquam accepit pisces.

D. Nodinus olim Advocatus de Civitate juratus et interrogatus dixit sicut dictus Leonarduccius excepto ubi Leonarduccius dixit si Advocatus invenerit aliquem cui est forum inhibitum ementem aut vendentem aliquam rem quod Advocatus potest eam sibi accipere D. Nodinus dixit quod de illa re quam Advocatus accipit alicui cui est forum inhibitum debet satisfacere conquerenti de eo quod conquestum fuit pro quo est sibi forum inhibitum si ipsa res accepta ad hoc est sufficiens que si plus valeat satisfacto Advocato de sedecim denariis de vadia duplicata residuum dicte rei debet esse illius cui accepta erat, et debet ex hinc esse absolutus a dicta inhibitione fori. Item de sepe dixit sicut D. Cacitinus predictus item nunquam accepit pisces.

Bernardus de Corgnoleto olim Advocatus de Civitate juratus et interrogatus dixit in omnibus et per omnia sicut dictus Leonarduccius et addidit quod accepit quatuor denarios de cepis, de mota D. Patriarche in festo s. Marie de Monte sed de re accepta per Advocatum illi cui est forum inhibitum dixit sicut D. Guillelmus predictus.

Conradus Feracii quondam Advocatus de Civitate juratus et interrogatus etc. dixit in omnibus et per omnia sicut dictus Leonarduccius, et addidit quod solebat petere ex amore, cepe etc

D. Johannes Longus de Civitate juratus et interrogatus etc dixit sicut Leonarduccius exceptis istis de octo denariis si fit violentia in foro etc. nihil scit. Item non fuit presens quando D. Patriarcha dat juramentum Advocato de ordinamentis que fiunt per Commune dixit sicut Leonarduccius. Item de eo quod dixit Leonarduccius quod si Advocatus invenerit aliquem cui est forum inhibitum emendo aut vendendo rem aliquam quod potest eam sibi accipere, dixit D. Johannes quod ipse numquam audivit, sed credit quod de hoc debeat esse sicut dixit D. Cacitinus. Item de cepe qua-

tuor denariorum de muta D. Patriarche nihil scit. Item de sepo et quatuor denariis pro disco nihil scit. Item de denario dando per calamos nihil scit. item de oleo Stationariorum nihil scit. item de denariis stationum forensium in festo s. Marie de monte nihil scit

D. Adalpretus de civitate juratus et interrogatus dixit sicut D. Johannes Longus addens quod fuit presens quando D. Patriarcha dedit sacramentum cuidam Advocato sub forma quam dixit Leonarducius

D. Ruoncius q.^m D. Bivlati quondam Gastaldio Civitatis juratus et interrogatus dixit sicut D. Johannes Longus.

Martinus Zanulle de civitate juratus etc. dixit sicut D. Johannes Longus

item D. Guillelmus, Bernardus, Leonarducius et Conradus predicti dixerunt quod si Advocatus ad petitionem alicuius facit alicui aliquem terminum assignari, et ille cui est datus terminus se cum conquerente concordat antequam compareat in termino huiusmodi, Advocatus per hoc non potest accipere vadium illi cui terminus sic est datus

Magister Aitthonus notarius Civitatensis scripsit predicta

(590.)

1391 13 Settembre Udine

Ambasciatori di Padova al Patriarca [illegible] in [illegible]

Valtero Can.i

Die XV exeunte septembri in castro Utini in sala Palatii Patriarchalis presentibus DD. Ronradino Aquilegiensi et Bernardo [illegible] Decanis, [illegible] de Sollalta [illegible] de [illegible], [illegible] de Cucanea et [illegible] de Tergano et aliis.

Reverendissimus in Christo Pater et D. Dominus [illegible] Aquilegiensis Patriarcha auditis et intellectis infrascriptis Ambasciatis commissis [illegible] magnifico et potenti viro D. Henrico [illegible] comite [illegible] ac [illegible] nobilibus viris consiliariis ipsius D. Patriarche per nobiles et discretos viros dominos Leonardum de Vitaliano [illegible] Professorem, [illegible] de Vacha Bartholomeum [illegible] de [illegible] et Nicolaum de Stropadis ad hoc communis Padue Ambasiatores prudenter et [illegible] exposito respondit quod sibi placebat cum de voluntate [illegible] dictorum Nobilium et hominum [illegible]

[illegible] quod per dictos Ambasiatores [illegible] tractare [illegible] et concordiam [illegible] gentes [illegible] ex parte una et Dominum Ducem et Commune Venetiarum [illegible] partes [illegible] subiectos — [illegible] ex altera [illegible] tractandi [illegible] dantes [illegible] ex altera parte ad pacem et concordiam ad hoc ut ipsa pax — [illegible] et [illegible] effectum et hoc secundum formam Informationis [illegible] communis Padue. Tenor vero dicte Ambasciate talis est.

In nomine domini amen Anno domini MCCCXCI Indictione quarta die octavo intrante septembri [illegible] super domum [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible], [illegible] 18 Phirolo iudice de [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] Ardani, [illegible]

monte de Solerna, presentibus Benedicto [sancti] [illegible] et aliis

Hec est forma [illegible] [illegible] et communi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in una parte et [illegible] [illegible] et communi [illegible] in [illegible] [illegible] formam [illegible] [illegible] [illegible] [et c. n.] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [esse potest] ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] ipso . . .

. . . [illegible] [illegible] [illegible], collegii [[illegible]] ~~[illegible] et [illegible]~~, ~~[illegible]~~ [tantum] ~~[illegible]~~, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] et etiam hoc [illegible] pacem [illegible]. [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] plenam et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible], personis collegii [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad pacem et concordiam antedictam [illegible] formam [illegible] [illegible] ad hec ~~[illegible]~~ [ut] [illegible] ipsa [illegible] [illegible] et bonum [illegible] [illegible],

Nomina vero [illegible] sunt hec. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de [illegible], [illegible] Bartholomeus iudex de [illegible] [illegible] de [illegible].

Ego [illegible] [illegible] [illegible] de ~~[illegible]~~ [sarbione] [illegible] [illegible] notarius [illegible] et [illegible] [illegible]

1291 .. 27 settembre Cividale

Multa imposta dal Patriarca al Comune di Cividale per non aver spedita la milizia a sua richiesta

Antonio da Cividale not.

In nomine Domini amen. Anno ejusdem MCCXCI. Indictione quarta, die quarto exeunte septembre. In Civitate Austria super domo communis. Presentibus Domino Bernardo Decano Civitatense, Adalpreto, Martino Brugna castaldione Civitatis, Leonarduccio de Brazzacco, Iohanne de Portis, Iohanne Longo, Rizzardone q.m D. Birbisi de Civitate, Ottolino q.m D. Andree de Canussio, Leonarduccio q.m D. Wernerii Schlenche, et Pelegrino q.m Iacobi notarii de Civitate et aliis.

Cum Reverendus in Christo Pater D. Raymundus s. sedis Aquilegensis Patriarcha certos homines de Civitate, occasione quarundam penarum in quas idem D. Patriarcha dicit commune Civitatense incidisse pro eo quod certos pedites apud Medunam non habuerat per presentem mensem Septembris morantes ibidem fecisset et faceret pignorari dicentibus hominibus de Civitate quod tam milites quam pedites eis impositos, et prout eis mandatum fuit per litteras ipsius D. Patriarche apud Medunam per dictum mensem tenuerant et tenebant totaliter ut debebant, prout dicebatur ibidem. D. Henricus de Portis de Civitate per se suosque heredes promisit, wadiavit, et obligavit Dominis Iohanni de Zucula, et Nicolao de Budrio camerariis per dictum D. Patriarcham et suos consiliarios super penis huiusmodi deputatis integre pro dicto communi Civitatensi solvere atque dare penas in quas dictum commune incidisset a tempore quo formatum fuit per consilium D. Patriarche penas huiusmodi exigi, et quo dicti Domini Iohannes et Nicolaus fuerunt ad hoc camerarii constituti, videlicet ab uno mense citra, salvo si plus vel minus reperiretur sine fraude. et hoc si legitime constare poterit dictum commune in penas incurrisse predictas, si dictum commune solvere tenebitur easdem: quod si constare non poterit et si dictum commune eas non tenebitur persolvere ut est dictum, debeant idem D. Henricus et sui

heredes, ac infrascripti fidejussores esse, et stant ea securitate hujusmodi penitus absoluti. Pro quibus omnibus attendendis et firmiter observandis, predicti Domini Henrici precibus Domini Iohannes de Porta, iohannes Longus, Cuonradus et Ottolinus predicti fidejussores extiterunt, obligantes ad hec omnia sua bona

Et ego Hubertus [illegible] imperiali auctoritate notarius predictis interfui et rogatus scripsi. [illegible]

1291. 2 Ottobre Udine.

Privilegio accordato dal Patriarca Raimondo agli Udinesi

Francesco Maccutti Can. P.

In Christi nomine amen. Anno Domini M.CCLXXXXI. Indictione quarta die secundo mensis Octobris. Presentibus viris providis [illegible] Petro [illegible] Tricesimi fratre Petro Ordinis Humiliatorum, magistro Gualtirino de Pergamo Engelberto de la Turre Castaldione Terre Utini, Petro de Utino, Francisco Zurano de ipso loco, Pividino de Marligana et [illegible] de Modoecia et aliis

Reverendus D. Pater Raymundus Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarcha cujus curam consideratio specialiter sollicitat ut singulorum suorum fidelium et precipue hominum Terre Utini qui specialiter ipsius D. Patriarche favoris benevolentiam obtinent, promptitudine meritorum [illegible] statu et conditio prospere amplientur attendens grata fidei et devotionis obsequia que predicti Utinenses communiter et divisim eidem D. Patriarche et Aquilegensi Ecclesie multipliciter hactenus impenderunt ac in posterum [illegible] dante Domino statu Terre Utini ut speratur in augmento perseveraverit impendere poterunt potiora considerans quoque quod incumbentibus prefatis Utinensibus multis et variis [illegible] intollerabilibus quasi oneribus expensarum quas imminente guerrarum discrimine cum et aliis pro ipso D. Patriarcha et Aquilegensi Ecclesia diversimode incurrisse noscuntur Terra ipsa Utini probabiliter de facili posset deficere in ejusdem D. Patriarche et Aquilegensis Ecclesie non modicam lesionem nisi ad hoc diligens remedium apponatur; provida deliberatione ac exacta diligentia per se suosque successores suo et Aquilegensis Ecclesie nomine hominibus, Consilio et Communi Terre Utini concessit de certa scientia et gratia speciali et permisit ut perpetuo Datia de Pane, Vino, Carnibus, Caseo et Oleo ac omnibus mercimoniis super quibus ipsa eadem Datia videbuntur imponenda tam in Terra, Loco ac mercato quam in burgis suburbiis de Utino imponere ac exigere possint libere pro eorum libito voluntatis super ipsis Datiis predictis quantitatem ponere possint et valeant prout voluerint

et eis ubicumque expedire. Quam quidem quantitatem augere, minuere, et ire
cum in eadem stare renuere quando quotiescumque voluerint prout volent, et
si voluerint ipsa data dimittere possint ex toto quandocumque placuerit eidem
Ita quod cum provisione consilii Terre predicte pecunia que a predictis datiis
exigi contigerit vel haberi, in utilitatem promotionis ac in necessitatem ur-
gentem hominum ac Terre de utino predictorum converti debeat et expendi
Super quibus datiis idem d. Patriarcha vel quivis officialis ejusdem se nullo
modo intromittat et nihil habeat disponere seu aliqualiter ordinare nec u-
re, sed in presentia gastaldionis utinensis qui pro tempore fuerit pro d. Patri-
archa de denariis datiorum ipsorum fieri debeat ratiocinium annuatim
Promisit quoque idem d. Patriarcha per se suosque successores hujusmodi concessio-
nem et gratiam sue et predicte Aquilegensis Ecclesie nomine perpetuo gratam ra-
tam et firmam habere atque tenere, nec per se vel interpositam personam
illo tempore dicere, facere vel venire ratione aliqua, sive causa in con-
~~Actum in castro utini in camera dicti d. Patriarche nove Palatii dicitur.~~
jus rei testimonium ac in robur memoratus d. Patriarcha
presens instrumentum per me Franciscum notarium infrascriptum
scribi jussit, et sui sigilli appensione [illegible] roborari ..

Actum in Castro utini in camera dicti d. Patriarche nova Palatii
A. M. C. O.

1291 5 novembre

Muta di Celino

Francesco Vanuti can.

M ccxci die Jovis octavo intrante novembri. Presentibus … Albertino … de Fumo, Martino Zorrani de … Formentino de Mediolano et fratre Ottone de ordine Humiliatorum et aliis

Frater Petrus ordinis Humiliatorum domus de Carugate Reverendi Patris Raymundi Patriarche Aquilegensis procurator, ut procurator dedit et investivit Pagno de Florenza mutam et introitum mute de Celino a proximo S. Martini festo usque ad duos annos expletos precio centum decem marcharum; ita quod habere debeat et exigere eandem eo modo et jure quibus habebat et habere solebat Daniel Vecius et Nicolaus Bellonus de Celino. Promittens se facere et curare quod dictus d. Patriarcha dictam dationem et predicta omnia rata habebit et rata.

Actum in Castro, in camera dicti fratris Petri. A.M.U.O.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

1291 21 Novembre Udine

Resoconto presentato dai mercanti fiorentini al Patriarca e debito da esso riconosciuto

Francesco Vascutto cav. P.

Die decimo exeunte novembri presentibus viris providis dominis Bertoldo Petro Plebano de Tricesimo fratre Petro Ordinis Humiliatorum, Martino de la Turre Castaldione de Sovfumberch, Marino Zorzani de Venetiis Aquilegie commorante, Pitoya de la Turre, Manzono de Modoetia et aliis pluribus ad hoc rogatis et specialiter vocatis.

Reverendus in Christo Pater et D. Raymundus Dei gratia sancte Aquilegensis Patriarcha de certa scientia et non per circumventionem aliquam aut errorem confessus fuit et contentus se a D. Lippo de Cipponibus et a Pagno de Florentia mercatoribus suis audivisse et rationem clariorem recepisse de omnibus denariis receptis tam per ipsos D. Lippum et Pagnum quam per Zanum ejus fratrem et socios ipsorum ab universis et singulis Castaldionibus, massariis et Officialibus ejusdem D. Patriarche et a quocumque alio homine seu persona ex quacumcumque ratione aut causa undecumque, quandocumque, quomodocumque et qualitercumque, et de omnibus denariis datis, et expensis factis per eos seu alios socios eorum nomine dicti D. Patriarche, et de omni eo quod simul habuerunt facere tam de receptis quam de datis hinc inde et expensis usque ad diem presentem inclusive. Ita quod audita, facta et recepta hujusmodi ratione remanet ipse D. Patriarcha dare dictis Dominis Lippo, Pagno et sociis eorum marchas denariorum Aquilegensis monete quingentas sexaginta octo et denarios septuaginta unum. Voluerunt insuper dicti D. Patriarcha Lippus et Pagnus quod omnia Instrumenta alia hactenus inter eos facta quibus altera partium contra alteram uti posset, omnesque securitates prestite hinc et inde usque

ad diem presentem sint cassa et vana et casse et vane, nulliusque roboris et momenti. in quorum testimonium dicte D. Patriarcha presens instrumentum per me Franciscum notarium scribi jussit et sui sigilli pendentis munimine roborari.

Actum Utini in camera novi Palatii Patriarchalis A. M. C. O

1291 17 dicembre Ragogna

decima di Susans

Romano Not.

Anno Domini M.CCXCI. Indictione quarta, die XV. exeunte Decembri presentibus d. Duringo filio q.m d. Peremani de Raconia, d. Bernardo filio q.m d. Morule de Flagonea, d. Francisco filio q.m d. Warneri de Raconia, Finosso filio predicti Marquardi, Hermano filio dicti d. Duringi testibus et aliis ad hec rogatis.

Mathias filius q.m d. Wernardi de Raconia per se suosque heredes, et pro pretio septuaginta librarum Veronensium parvorum diffinito soluto et accepto nomine venditionis dedit atque contulit iure recti et legalis feudi Suarzuto filio d. Palmerii qui nunc moratur in Susans eiusque heredibus totam suam Decimam quam q.m d. Mathias habebat vel visus est habere in villa de Susano et in eius pertinentiis cum accessibus etc. Ita ut amodo supradictus Suarzutus eiusque heredes in perpetuum habeant teneant etc. salvo tamen iure vassallatici quod habere dinoscitur. Promisit quoque insuper prenominatus Mathias cum solemni stipulatione per se suosque heredes prenominato Suarzuto eiusque heredibus predictam Decimam ab omni homine cum ratione legitime defendere, warentare et manutenere sub pena dupli predicte Decime minus quinque solidis Veronensium parvulorum sicut pro tempore valuerit et cum obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum. Fideiussor et principalis defensator de omnibus supradictis inde extitit pro predicto Mathia. . promisit per se suosque heredes predicto Suarzuto et suis heredibus omnia supradicta ..... conservare. Et si predictus Mathias omnia supradicta non attenderet sub obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum. Post hec datus est nuncius tenute .... superius nominatus.

Actum Raconie in monte castri super plateam ante casam d. Gabrielis

A.C.A.C.